Dom. Prof. Rom. Soc. Ieſu.



R. P. Francesco Rocka S. Cap.

H

INTERPRETIS AD ANGELICAM SODALITATEM

PRAEFATIO.

QVANQVAM ea eſt ex vnâ parte cœleſtium ſpirituū poteſtas ac dignitas, vt nullis (humanæ dicam? an etiam Angelicæ?) eloquentiæ viribus explicari queat, ideoq́; tacitâ admiratione potiùs, quàm tenui ſermone veneranda eſſet,

cum ineffabilib⁹ myſterijs, inquit Gregorius nulla res magis quadret, quàm ſilentium: Quia tamen eorundem, quæ in mortales collocant, beneficia, contrariâ methodo celebrari poſtulant, & quò fideliùs prædicantur, hoc de die in diem ſenſibilius increbreſcunt; nō inanem operam me poſiturum credidi, ſi præſentem libellum, id eſt medullam ſelectarū aliquot concionum R. P. Franciſci Albertini, quas de Angelis cōfecit in Eccleſiâ Societ. IESV, ex peregrinâ in Latinam linguam conuerterem.

Tantò autem ad huiuſmodi lucubrationem paratius acceſſi, quantò ſanctior

eluxit zelus hinc quidem Beatiſſimi Pontificis ac D. N. Pauli V. qui nuper proprio inſtituto officio ac Miſſa Kalendis Octobr. annuè celebrandâ Angeli Cuſtodis memoriam fœliciſſimè renouauit: Inde Angelicæ congregationis veſtræ, quæ complurib. abhinc annis ſimile Enchiridion idcirco requiſiuit, nè tenera adoleſcẽtiorum ingenia, quorũ inexplebilis cupido eſt cœleſtium mẽtium conditiones reſciſcendi, cogerentur mare Scripturarũ adire, adeoq; anguſti oris vaſcula, vt cum Fabio Quintiliano loquar, ſuperfuſa humoris copia obruerentur.

Ac ſanè ſi in ſacri Codicis

lectione virorum etiam literatorum ingenia deficiũt; quis iuuenculis hiſce ſuadeat, vt Cuſtodum ſuorum naturam inueſtigare volentes inacceſſibilem Scripturæ montem tentent; ac non iuſtiùs exemplo Moyſis imbecillitati eorũ per humanæ interpretationis methodum condeſcendat? ſi diuinæ Literæ ab ipſo earum Authore ſolidi panis vocabulo deſignari ſolent, ecquis illas, priuſquàm fregerit molueritque, lactentibus adhuc paruulis Chriſti apponat? Nemo ſuſpicor, niſi deſipit.

Hæc igitur ratio, cur præſentem tractatulum ſtylo nec elato nec ſucato, luculento

lento tamen, & quantum fieri potuit ad Chriſtianam ſimplicitatem cõpoſito ex Italicâ linguâ Latinè tranſcripſerim, de fructu adeò non ſollicitus, vt pollicear mihi deinceps etiam puſillosReligionis noſtrę tyrunculos intellecturos, quid Angel' cuſtos ſit; in terrena videlicet peregrinatione iucundum vehiculum, & obſeſſæ animæ inexpugnabile munimentum; ſocius in labore, refrigerium in calore; ſuccurſus in periculo, leuamen in lapſu, illuminator mentis, protector corporis, miniſter iuſtitiæ, & diſpenſator gratiæ; ſupernarumque omnium benedictionũ diſtributor munificentiſſimus,

tiſſimus. Proinde recenti cum timore ac dilectione culturos, atque interim illius etiam conſerui ſui memores fore, qui vſque ab aliquot diebus totum ſeſe Angelicæ congregationis obſequio mancipauit. Valeant. Coloniȩ Vbiorum, ipſa decollationis S. Ioannis Bapt.
1612.

CARMEN AD ANGELVM CVSTODEM,

ANGELINI GAZAEI BELGAE E SOCIETATE IESV.

ANgele mi, bone dux animæ, bone mẽtis Achate,
Quo ſine non poſſum viuere, nolo mori,
Auſim ego Progenies lutea, & mera pulueris vrna,
Tecum naturâ cælite, pauca loqui?
Tu mihi cum primum vitæ iubar editus hauſi,
Antiſtes vitæ iuſſus es eſſe meæ.
Iuſſus es infantem, puerum iuuenemq́;, virumq́;,
Atque ſenem, curâ non abeunte, ſequi.
Dum fleui in cunis, dum ſedi matris in vlnis,
Senſi te lacrymas deminuiſſe meas.
Dum cœpi genibus niti, dum verba creare
Non ſatis experto dimidiata ſono,
Per te molle genu cœpit ſolideſcere nodo,
Per te lingua ſuis eſt animata rotis.
Sæpe fui ſorbendus aquis, ſæpe igne vorandus.
Sed timuere tuas ignis & vnda manus.
Sæpe ſub incautis nutricibus extinguendum,
Me tua ſurripuit prouida cura mei.
Eſto: dies abeant, menſes moriantur & anni,
Anne putas ſimili lege peribit amor?
Viuit amor longùm, longùm comes optime viuet,
Qui ſemper tibi me, te mihi iunxit amor.

Angele mi, bone dux animæ, bone mentis Achate,
Quo ſine non poſſum viuere, nolo mori,
Fac viuam cælo gratiſsimus, vtilis orbi,
Contentus paruo, deſpiciensque mei.
Dumque preces fundo, calatho bonus excipe fuſas,
Ex his Angelicâ confice ſerta manu,
Et porta in cælum, & cælo partitor in omnes,
Prima Deo, ſuperis dona ſecunda ferens.
Si fors & precibus lacrymas interpluo paucas,
Fac placeant paucæ pumicis hæ lacrymæ.
Si Sophiæ, ſi theologos tentaro receſſus,
Largire ingenij paucula fruſta tui.
Si bona pangendis in verſibus otia fallam,
Præcipe vt è vena diuitiore fluant.
Dum loquor, arte meas ſic interiungito voces,
Ne lædant ſuperos, terrigenaſque grauent.
Dum taceo, moresque mei, vultusque loquantur,
Daque legi in mediâ fronte, modeſtus homo eſt.
Angele mi, bone dux animæ, bone mentis Achate,
Quo ſine non poſſum viuere, nolo mori,
Si comedo, nunquam plenus conuiua recedam,
Vt citò pulſa, citò ſit reuocanda fames.
Si bibo, per ſiccas ita dent ſe pocula venas,
Vt nullam menti vim maleſana ferant.
O caue ne titubem & videam per inane geri res,
Deliretque ſuis ebria lingua vijs.
Si luſu vires renouo, curasque leuaſſo,
Fac ludus metæ proſperioris eat.
Velle aurem, ſi transgrediar data tempora luſu,
Corripe, tranſiliam ſi ſine more modum.

Si, quid

Si, quà prætereo, vult tegula linquere tectum,
Dic, ſiſtat, dum me præteriiſſe ſcias.
Si cælum terræ iratum ſua fulmina vibret,
Excipe, nam maior fulmine dextra tibi eſt.
Si mare conſcendo, mare formidabile nautis,
Fac vt pacificâ net mihi linter aquâ.
Angele mi, bone dux animæ, bone mentis Achate,
Quo ſine non poſſum viuere, nolo mori,
Fac hoſtem me delitijs, fac honoribus hoſtem,
Ne plus hæc rerum tenuia ſtultus amem.
Fac vt diuitias nolim præponere cælo,
Ne pro tam certis tam male certa velim.
Non ſim de tetricis, non ſim de magna profeſſis,
Non cupiam, de me prædicet orbis, Hic eſt.
Pone meas, ſi fortè volunt vlciſcier, iras;
Semper ſim placidæ, cultor amicitiæ.
Si me luctus edet, putrem illi deijce dentem,
Et prohibe vt curas, vlcera mentis, alam.
Dum laſsi fuerint anni, dum in fronte ſenectus
Deſcribet rugas, inficietque comas.
Sit mihi mens ſceleris pura, & fœcunda bonorum,
Nec doleam irreduces præteriiſſe dies.
Tum velut è ſpecula (ſi fors malus aſſoret hoſtis,
Si ſors occultas cuderet inſidias)
Angele mi, bone dux animæ, bone mentis Achate,
Quo ſine non poſſum viuere, nolo mori,
Suppetias affer, fraudes expunge malignas,
Quas in cœlituum dedecus ille creat.
Si mala mors paret exitium, nondumq; parato
Immineat, ſuris inſidioſa meis;

unge aurem mihi, conclama, Gazæ parator,
Poſt aliquot ſoles mors tibi dicet, obi.
Tunc ego præcipites lacrymas rupto aggere fundam,
Terſuras noſtræ crimine pigritiæ,
Terſuras, ſi vel tenuis pulviſculus adſit.
Qui fieret Magnis nauſea cœlitibus.
Tum Satanæ dices, I longùm perdite prædo,
Præda modò non eſt vnguibus iſta tuis.
Inferni Lupus ille, ſiti ſitientior ipſa,
Circumeat fruſtra, diſpereatq́; ſiti.
Indignans fremat, & dentem ſub dente fatigans,
Deuoret inuidiæ præmia digna ſuæ.
Reddam naturæ, communis debitor æris,
Vltima; in arbitrium flebile mortis iens.
Tum duce te, nihil aut minimum debebimus igni,
Fas erit extemplò dicere, Tranſijmus.
Iungetur Superis Animus, magis aureus auro,
Hauſurus pleno gutture delitias.
Angele mi, bone dux animæ, bone mentis Achate,
Te ſine non poſſum viuere, nolo mori,
Da vocemq́;, oculumq́;, animumq́;, manumq́;, volabo,
Et mox ad Superos te comitante ferar.

Impri-

Imprimatur.

Petrus Ant. Ghibertus Locum t.

M. Cornelius Tiroboſcus Præd. Ord. Curiæ Archiep. Theol. Neapol.

INDEX CAPITVM HOC LIBELLO contentorum.

CAP. 1. *Quo pacto homines defendantur & cuſtodiantur ab Angelis fol.* 1.
CAP. 2. *Omnibus prouinciis, regnis, ac regionibus præcipuis vniuerſi orbis aſsignantur à Deo ad eorundem cuſtodiã certi Angeli.* 7
CAP. 3. *Vnicuique noſtrum aſsignatur ad cuſtodiã aliquis Angelus.* 16
CAP. 4. *Vnicuique iuſto quantumuis extraordinariis dotibus prædito aſsignari Angelum Cuſtodem.* 24
Confirmati in gratia, etiam ipſa B. Virgo Angelorum Regina, habuere Angelum cuſtodem, & omnes homines excepto Chriſto. 25. & ſeq.
CAP. 5. *Ad quam Hierarchiam pertineant Angeli, qui deſtinantur ad cuſtodiam hominum.* 31
CAP. 6. *Quinam maiora auxilia, & locupletiorem gratiam ab Angelo cuſtode percipiant.* 43
Quomodo Virgines & caſtæ perſonæ ſingulariter ab Angelis guber-

nen-

nentur. 44
Quibus fauoribus augeantur Eleemoſinarii. 49
Religioſi, & qui mundum deſpiciunt ſingularibus Angelorum auxiliis & præſidiis cuſtodiuntur. 57
Quam Angelis chari ſint, qui graue aliquid patiuntur amore Dei. 65
CAP. 7. Angelus etſi non deſerat nos vbi delinquimus, liberalior tamen eſt erga Iuſtos quã peccatores. 67
CAP. 8. Gentilibus, paganis & cuiuſcunque religionis aut ſuperſtitionis cultoribus ſingulis aßignari à Deo ad cuſtodiam aliquem Angelum. 73
Antichriſtus etiam ſuum habebit Angelum cuſtodem. ibid.
CAP. 9. Quàm neceſſaria nobis ſit cuſtodia Angelorum. 75
CAP. 10. De viribus ac deſiderio quo Angeli homines cuſtodiunt, & quã conueniens ſit eos vita noſtra & actionibus præſidere, 91
Angeli potentia. 93
Velocitas. 96
Sapientia. 101

Angeli naturaliter non agnoſcunt cogitationes noſtras. 103
Solus Deus cogitationes noſtras cognoſcit. ibid.
Angelis detegit Deus cogitationes noſtras. 105
Angelorum voluntas & deſiderium nobis ſubueniendi. 107
CAP. 11. *Cuſtodiam Angeli incipere in puncto natiuitatis noſtræ, & ſi vnquam aliàs, maximè vtilem eſſe in articulo mortis.* 113
CAP. 12. *Angelum cuſtodem neque poſt mortem hominem deſerere,* 120
Dæmones etiam in Purgatorio aſſiſtunt beatis animabus, vt rabiem ſuam exaturent. 122
Angeli in die Iudicii colligent cineres 123
Separabunt iuſtos ab impiis. ibid.
CAP. 13. *Angelus cuſtos deſcendit de cælo, & nobiſcum, vt ſollicitudinem ſuam demonſtret, verſatur in terra.* 124
Angeli licet cælum deſerant, vident nihilominus Deum. 125

CAP. 14. *Concluduntur quæ in præcedentibus capitulis docta ſunt duobus exemplis ſiue figuris veteris Teſtamenti.* 127

De viſione Zachariæ. ibi.

& Pietatis officiis Angeli Raphaelis erga iuniorem Tobiam. 129

CAP. 15. *De Angeli cuſtodis in animam noſtram beneficiis ſpiritualibus, quorum ſeptem enumerantur.* 133

CAP. 16. *Omnia beneficia ſpiritualia, quæ animabus per Angelos præſtari ſolent, figurantur in nouo Teſtamento.* 154

CAP. 17. *De beneficiis Angelorum concernentibus corpus & bona temporalia, quorum decem enumerantur.* 156

Primo beneficio, liberat hominem à periculis, quæ ſaluti officerent. 157

2. *Matrimonia vt honeſtè fœliciterq́; ſuccedant procurat.* 158

3. *Rixas & contentiones domeſticas ſedat, & pacem conciliat.* 158

4. *Pro-*

4. *Proles coniugibus à Deo impetrat.* 160
5. *Liberi vt piè educentur aduigilat.* ibid.
6. *Captiuos è carcere educit.* 161
7. *Itinerum pericula tollit.* 162
8. *Pauperes contra potentes defendit.* ibid.
9. *Inopiam, famem, ſitim ſubleuat.* 163
10 *Ab infirmitatibus & aliis malis nos liberat.* 166
CAP. 18. *De variis Angelorum nominibus, quibus diuerſa eorum in nos beneficia explicantur.* 168
1. *Cur Angeli vocentur Spiritus.* ib.
2. *Flammæ vrentes.*
3. *Miniſtri.* 4. *Milites.* 5. *Oculi Chriſti.*
6. *Fabri.* 7. *Exercitus.* 8. *Altitudo Dei.*
9. *Aqua ſupra firmamentum.*
10. *Sacerdotes.* 11. *Amici fideles*
12. *Conſolatores* 13 *Conſiliarii.*
14. *Cenſores.* 15. *Pædagogi & cuſtodes.*
CAP. 19. *Quot nominibus Angelo cuſto-*

cuſtodi obſtricti ſimus, & præcipuè qua ratione mereatur non tantùm amari vt cuſtos, verùm etiam timeri vt miniſter diuinæ Iuſtitiæ. 172

CAP. 20. *Quot modis iniri poßit ſancta quædam cum Angelo cuſtode familiaritas.* 178

Tres modi familiaritatem ineundi & conuerſandi cum Angelis. 180

CAP. 21. *Quales oportet eſſe conditiones familiaritatis initæ cum Angelo, tanquam miniſtro Iuſtitiæ, vt eum revereamur.* 185

CAP. 22. *Qualem oporteat eſſe familiaritatem noſtram cum Angelo cuſtode, tanquam miniſtro miſericordiæ, vt eum amemus.* 188

DE TENTATORE Diabolo.

CAP. 23. *Vnumquemque hominem, vti hinc à proprio cæleſti Angelo cuſtoditur, ita inde per deſignatum aliquem diabolum impugnari.* 194

CAP. 24. *De laqueis ac fallaciis, quibus dæmon ad tentandum accedit.* 198

CAP. 25. *De remediis contra occultas Sathanæ fraudes.* 212

PRIVILEGIVM.

CVM ex mandato Sacræ Cæſareæ Maieſtatis, *omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis quamcunq; librariam negociationem exercentibus, ſeriò firmiterque inhibeatur, ne quiſquam libros vllos à Societatis noſtræ Patribus hactenus editos, aut in poſterum edendos intra ſacri Imperii regnorum & dominiorum ſuæ Cæſ. Maieſt. hæreditariorum fines, ſimili, alioue charactere, aut forma, ſiue in toto, ſiue in parte recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impreſſos adducere, vendere & diſtrahere, clàm ſeu palàm citrà ſupradictorum Patrum conſenſum, ac teſtimonium audeat, vel præſumat: Ego HENRICVS SCHERENVS Societatis Ieſu, per Rheni Prouinciam Prouincialis; Concedo Ioanni Kinckes facultatem excudendi Tractatum de Angelo Cuſtode è lucubrationib. R. P. Franciſci Albertini Societ. noſtræ Theologi per Sod. Neap. in lucem editum. In quorum fidem hoc ei teſtimonium manu noſtrâ ſubſcriptum, & ſigillo munitum dare voluimus.*

Henricus Scherenus.

PSAL. XC.

Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te, &c.

S. Bern. ſuper eundem Pſal.

In quouis diuerſorio, in quouis angulo reuerentiam exhibe tuo Angelo, nec audeas illo præſente, quod me vidente non auderes.

TRA-

TRACTATVS DE ANGELO CVSTODE.

CAPVT PRIMVM.

QVO PACTO HOMINES defendantur & cuſtodiantur ab Angelis.

VT dignum aliquid de Angelis efferamus, linguâ opus foret non qualicunque, ſed Angelicâ, non tantùm propter nobilitatem & excellentiam naturæ ipſorum, quæ longis quod aiunt paraſangis humanæ eſſentiæ & intelligentiæ humilitatem antecellit; verùm etiam, quia tot tantaque exiſtunt beneficia & fauores, quæ ipſis mediantibus per diuinam nobis munificentiam perpetuò communicantur, minimè vt humanæ linguæ illis enarrandis aut deſcribendis ſufficiant. Atque ita

affirmare licet, non alia viâ deueniſſe nos in cognitionem Angelorum, quam per beneficia, quæ ab ipſis accepta Fideles tanquam manu apprehenſos ad eorundem notitiam deduxerunt, quia in diuinis paginis non inducitur mentio ſanctorum Angelorum, niſi occaſione alicuius nobis præſtiti beneficij; Tanta autem huius veritatis certitudo eſt, mortales ſcilicet Angelorum miniſterio è multiplicibus malis ac periculis liberari, vt doctores communiter recipiant eam quaſi propoſitionem de fide, quâ de re nemini dubium eſſe poteſt, ſi teſtimonia ſcripturæ huc ſpectantia, probè
Gen. 19. conſiderarit: Angeli erant, qui Loth hoſpitem ſuum eripuerunt ex
Tob. 12. incendio Sodomæ: Angelus Raphael ſanauit Tobiam, & liberauit Saram filij coniugem à dæmonio.
Act. 12. Petrum Apoſtolorũ principẽ, cum ab Herode in cæcum carcerem detruſus eſſet, eductum legimus manu Angelicà. Propheta Regius totum nonageſimum nonum Pſal-

mum, ad ſpem ac ſolatium & afflictorum compoſuit, atq; vt pleniorem fiduciam illis ingerat, *Quoniã*, inquit, *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Quæ verba ad ſpem & amorem excitandum efficaciora excogites? & quanto animo hominẽ vel in grauiſſimâ tribulatione ac diſcrimine eſſe conuenit, qui talẽ tutorem & cuſtodem iuxta ſe habet, cui iuſſu Dei incumbit, die noctuque pro ſalute commendatæ ſibi animæ excubare? Præclariſſimum huius rei exemplum ſuppetit. Cum Propheta Eliſæus exercitu Regis Syrię circundaretur, Giez diſcipulus, vt Bernardo placet, aut alius quiſpiam miniſtrorum ipſius, vehementer pauere & animo cõſternari cæpit: Propheta animaduerſâ pueri trepidatione, *Noli timere* inquit, *plures enim nobiſcũ sũt quã cum illis*, continuò igitur is oculis diuina diſpẽſatione illuminatis, montẽ plenum curruũ & equorũ in

Exẽplum Eliſæi. *4. Reg 6.* *Bernar. ſerm. 39. in Cant.*

circuitu Eliſæi conſpicatus eſt; legiones nimirum cæleſtium Angelorum, qui ad defenſionem ipſorum deſuper aduolarant. Itaque tam fida ſocietate, & potenti Dei exercitu cincta anima noſtra ſecura conſiſtere, nec quidquam formidare poteſt; & horſum explicat D. Bernardus textum Cantici Canticorum, *Equitatui meo in curribus Pharaonis aßimilaui te amica mea. Anima*, inquit ipſe, *nuſquā eſt ſine Angelorū cuſtodia. & ne dixeris in corde tuo, vbi ſunt? quis eos vidit? vidit eos Propheta Eliſæus, & fecit, orando, vt videret etiam Giezi: tu non vides, quia non es Propheta, nec puer Prophetæ. Vidit Patriarcha Iacob, & ait, Caſtra Dei ſunt hæc. Vidit & Doctor gentium, qui dicebat, Nonne omnes adminiſtratorij ſpiritus. Ergo Angelicis ſuffulta miniſterijs, & ſuperno ſtipata agmine ſponſa incedens, ſimilis eſt equitatui domini.*

Gregor. Nyſſ. orat. 3. in Cant. Et S. Gregorius Nyſſenus in explanatione eiuſdem capitis Canticor. dum proponit primā difficultatem,

vt,

vt, quo pacto ſponſa comparari potuerit equitatui Dei contra currus & exercitum Pharaonis, cum certum ſit, Deũ oppreſſiſſe Aegyptios, non turmis equitum, ſed fluctibus maris rubri, docet, factum id fuiſſe virtute inuiſibili, quâ eiuſmodi miracula in aquis edidit, vt Iſraelitis elabentibus, hoſtes inuoluerentur: explicans porrò, quænam inuiſibilis hæc virtus fuerit, nominat ingentem exercitum Angelorum. *Hanc autem*, ſubiungit, *non niſi Angelorum exercitum eſſe arbitramur, de quo vates ille inquit, Aſcendens in equos tuos, & equitatus tuus ſalus eſt.* Et D. Hieronymus verba Prophetica Eſaiæ, *Adducent fratres veſtros de cunctis gentibus in equis, & in quadrigis & in lecticis ad montẽ ſanctum meum*, exponit de Angelis dicens, *diuerſi generis vehicula, miniſteria intelliguntur Angelica. His equis & curribus Elias raptus eſt, & Eliſæus ſe ſeruari, neſcienti puero demonſtrauit. Et Zacharias vidit in nocte equos rufos, nigros, varios,*

Abac. 3.

Eſa. 66.

& albos, & dixit, qui ſunt iſti Domine mi? & ait Angelus, iſti ſunt quos miſit Dominus, vt perambulent terram. Exercitus hic equorum, & multitudo curruũ (inquit Angelus ad Zachariam) ſunt cœleſtes ſpiritus, qui in omnem orbis partem à Deo emittuntur. Eoſdem Ioannes Apoſt. in Apocalypſi vidit diſcurrere per totam terram. Sic igitur ex dictis manifeſtè concluditur, quod initio poſueramus, homines in neceſſitatibus ſuis per bonos Angelos iuuari ac propugnari. Imò omnes apparitiones Dei, quæ in ſacris literis commemorantur, factas fuiſſe operâ Angelorum, qui eum repræſentabant, nõ eâ ratione ſolùm, quâ pictor imaginem à ſe pingendam adumbrat penicul o; ſed aſſumptione corporum, vt iudicant ſacri Doctores Dionyſius, Hieronymus, Auguſtinus, & Gregorius, & declaratur ab ipſa Scriptura: cum enim in Exodo dicatur, Deum apparuiſſe Moyſi, Stephanus in Actis Apoſtolorum, vt cuius vultus præ ſe fere-

Omnes apparitiones Dei factæ miniſterio Angelorum.

Dion. ca. 4 hier. cœl.
Hiero. ad Galat. 3.
Aug. 3. de Trin. cap. vlt.
Greg in præfat. mor. c. 1.
Act. 7.
Exod. 20.

bat

bat ſplendorem Angelicum, vt populum ad deuotionem eiuſdem Angeli excitaret; eum qui Moyſi ap- *Exod. 20.* paruerat, dicit fuiſſe Angelum, qui maieſtatẽ Dei repræſentabat: quaſi hortaretur illos, vt erga Angelum hunc gratos ſe præberent, cuius miniſterio legem receperant. Tali tamen differentia, quod repræſentans (Angelus) maieſtatem Dei, aut perſonam aliorum ſanctorum, induit ſimiliter ſpeciem conformem qualitati perſonæ repræſentatæ: quando autem non comparet vice alterius, formam iuuenis aſſumit, vt colligere eſt ex Hierarchia cœleſti S. Dionyſij Areopagitæ, & appari- *Cap. 15.* tione ipſius Angeli.

CAPVT II.

OMNIBVS PROVINCIIS, regnis ac regionib⁹ præcipuis vniuerſi orbis, aſſignantur à Deo ad eorundem cuſtodiam certi Angeli.

QVemadmodũ in ordinato regimine particularib. officijs,

peculiares identidem perſonæ præficiuntur, vt cuilibet facilius ſit, impoſitam ſibi prouinciam ſuſtinere: pariter ſapientiſſimo Deo placuit Mundum hunc gubernari ab Angelis, & elementis, corporibus, animalibus, prouincijs, exercitibus, ciuitatibus, regionibus, templis, ſacris locis, & familijs Angelos protectores attribuit. Atque vt à primo exordium fiat, Angelos præſidere quatuor elementis, terræ, aquæ, aeri, & igni, ex Apocalypſi conſtat, *Angelus exiuit, qui habebat poteſtatem ſupra ignem,* & alibi: *Audiui Angelum aquarum,* quod pleriq; Doctores interpretantur ad hoc propoſitum, de conceſſa illi poteſtate aquas continendi aut effundendi. Et ſummatim ne ſingula enumeremus, ſententia Auguſtin. Origenis, Nazianz. Thomæ Aquinat. & aliorum patrum eſt, res omnes corporales gubernari manibus Angelorum.

Angeli cuſtodes elementorum. Apoc. 14. Apoc. 16. Aug. 3. de Trin. c. 4. Orig. ho. 13 in Nũ. Nazian. orat. 2. de Theol. S. Thom. 1. p. q. 113. art. 2. Et lib. 3. cont gẽt. cap. 23.

De animalibus inſuper Angelis cura eſt: cum enim iuxta doctrinam

ſupra-

ſupradicti Thomæ rebus natura diuerſis, diuerſi quoq;, vt eas dirigant Angeli præficiantur, quælibet animalium ſpecies proprium poſtulat Angelum, cuius opera ab interitu præſeruetur. *Vid. Molin. 1. par quaſt. 110 art. 1.*

De Prouincijs quod docem⁹ clariſſimum eſt, & ſentiunt cõmuniter S. Patres deputari ad gubernationẽ illarum particulares Angelos, quaſi Principes quoſdam, vt egregiè demonſtrat S. Baſil. lib. 3. cont. Eunomium, vbi in hæc verba loquitur. *Quod verò rurſus ſint quidam Angeli vniuerſarum gentium Prapoſiti, Moyſes nos per canticum docuit, quando diuidebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat fil os Adam, conſtituit terminos populorum ſuorũ iuxta numerum Angelorum ſuorum*, ſic quippe legit, quod exprimitur in altera lectione, *filiorum Dei. Et ſapiẽs Daniel, ſubiungit, in viſione Angeli audiuit ipſum dicentem, quoniam Princeps Regni Perſarũ reſtitit mihi, & ecce Mi baël vnus de Principibus primus venit in adiutoriũ meum, &* *Angeli cuſtodes prouinciarum. Vid. Perer. c. 23. Geneſ. Maldon. cap. 18. Matth. Ianſ c. 71. Concord. Euang. Baſil. tom. 1.*

ego remanſi ibi iuxta Regem Perſarum, & alibi, *Princeps Græcorũ veniebat*. Et Angelos, qui ad defenſionem Iacob domum ſuam repetentis præſtò erant, *Caſtra Dei ſunt hæc*, Hebræi tenent, quemadmodum Toſtatus & Lyranus referũt, fuiſſe Angelos cuſtodes regionis Syriæ, & Canaan q̃ Iacob peragrabat, vt ne diſcrimẽ aliquod, in terra cui ipſi p̃ſidebant, incurreret. Neq; verò prouincijs duntaxat Angeli aſſignati ſunt verũ etiã exercitib⁹, ciuitatib⁹ ac caſtellis, hoc ſenſu nãq; explicat Toſtatus locũ Eſaiæ, *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & nocte perpetuò non tacebunt*.

Angeli cuſtodes exercituum.

Eſa. 62.

Exẽplum

Superſunt etiã huius cuſtodiæ effectus & exempla clariſſima, & inter cætera narratur in hiſtorijs Eccleſiaſt. Card. Baronij, cũ Gaina impius tyrãnus magnã militũ manum emiſiſſet ad ſuccendendũ Palatium Conſtantinopolit. hiq; vt mandato parerent, in viam ſe dediſſent, conſpectã fuiſſe numeroſã aciẽ hominũ aſpectu non minus formidabili, q̃ ſtaturã.

Baron. tom. 5. ann. 400. Socrat. l. 5. c. 6.

ſtaturâ grandi; vnde cõterriti rę infectâ regreſſi ſunt, omniũ verò ſententiâ iſti Angeli cuſtodes erant.

Balduino Regi, cũ exercitus ipſi⁹ anguſtijs viarũ concluſus adeoq; in periculo eſſet, nẽ deprehenſi ab hoſtibus internecioni darẽtur, ducem quendã incognitũ ei apparuiſſe ſcribunt, qui apprehẽſo vexillo ꝑ aliam viã vniuerſum agmen deduxit Hieroſolymã. Hinc cõijce, quãtâ deuotione Reges ac Duces recurrere deceat ad Angelũ cuſtodẽ, maximẽ horâ ꝑlij, & quando cũ inimicis terreſtri aut maritimo certamine cõgrediũtur. Eodẽ ſpectat, quod in libris Mach. ſcribitur, vbi cũ Lyſias Iudæorũ hoſtis contra populũ Dei bellũ moliretur, Machabæ⁹ re intellectâ pariter cũ alijs militib. Deũ multis lacrymis orare cœpit, vt Angelũ bonũ ipſis auxiliatorẽ ſubmitteret, arreptiſq; armis, vbi militũ animos generoſa exhortatione ad ꝑliũ inflãmaſſet, inimicis inſtructa acie obuiã progreſſus eſt, mox igitur apparuit ꝓcedẽs eos eques in veſte cãdidâ, ar-

Balduinus Rex. Barõ to. 12. anno 1144.

Exẽplum

2. Mach. 11.

mis aureis, qui in ſignum victoriæ haſtam vibrabat; quo conſpecto, omnes laudare poteſtatem inuincibilis Dei, & confirmatis animis illuſtrem ab Aduerſarijs victoriam repoi tarunt.

Exẽplum M. Maffei li. 1. hiſt. Indic.

Neque verò exempla hodiernæ ætatis deſunt. Memoriæ proditũ eſt in hiſtorijs Indicis, Inuictiſſimum Emanuelem Portugalliæ Regẽ primariæ naui ſuæ, quæ ad Indias nouũ ſubactura orbem deſtinabatur, nomen dediſſe GABRIELIS Archangeli; idq; nõ citra cauſam, vt exercitus qui illa vehebatur ad expugnationẽ memoratæ Indię, nõ tã dominandi cupiditate, quã deſiderio ſeminandi Euangeliũ, protectione & cuſtodia Archangeli illius frui poſſet, qui primus Euãgelicæ renouationis nuntiũ inueterato mundo inuexit.

Quid deceat facere milites reportãtes victoriam per acto prælio?

Præterea, ſi cõtingat milites potiri victoriâ, gratiâs illi reddere meminerint, cuius fauore de hoſtib⁹ triũpharunt. Talẽ gratitudinẽ generoſa caſtiſſimaque Iudith teſtata eſt, quæ obtruncato Holoferne, cũ victrix ex hoſti-

Exẽplum Iudith. 13.

hoſtilib. caſtris regrederetur gratias corã omni populo, occinuit ſancto Angelo, tanquam glorioſæ victoriæ auctori, dicens, *Viuit ipſe Dominus, quoniã cuſtodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem: & reuocauit me Dominus gaudentem in victoria ſua in euaſione mea, & liberatione veſtra.*

Longè iuſtiùs deinde deſtinati fuerũt peculiares Angeli ad gubernationem ſacrorũ locorũ & Eccleſiarum: quocirca docent Ioſephus, Nicephorus & S. Hieronymus, paulò priùs, quàm Hieroſolyma ſubuerteretur, auditas fuiſſe voces Angelorum, qui ad cuſtodiam Templi adhibiti erant, dicentium: Migremus hinc. *Angeli cuſtodes Templorum. Ioſeph. l. 2. c. 12. Nicep. l. 3. hiſt. c. 4. Hier. q. 8 ad Hedi.*

Notum eſt præterea factum S. Michaelis in monte Gargano, ex quo cum taurus cuiuſdam in ſpeluncam fugiſſet, iſque vt illum configeret, ſagittam emiſiſſet; ſagitta retorta in ipſum recidit ſagittarium: & huiꝰ rei occaſione didicerunt ab *Exempl. Breu. Rom. 8. Maii.*

Epiſcopo loci, Sipontini incolę, ſpecum illam ſpectare ſingulariter ad cuſtodiam S. Michaelis.

Viſio B. Geltrud. Läſperg. l. 4. c. 61. Refert Ioannes Lanſpergius, Geltrudam Virginem conſpexiſſe aliquot numero formoſiſsimos Angelos, protectores templi cuiuſdam.

Atq; hinc deducitur, quanta modeſtia ac veneratione in Eccleſia cōſiſtendum ſit; & quâ æquitate Paulus Apoſtolus fœminas hortatus fuerit, vt ad reuerentiam Angelorū in tēplo præſentium capita obuelarent.

Angeli cuſtodes Monaſteriorum & Collegiorum. S. Tho 1. p. q. 113. ar. 2 ad primum. Molina 1. p. q. 113. Angeli cuſtodes familiarum. Adhæc cuilibet monaſterio ſiue Collegio Angel9 aliquis cuſtos tribuitur, qui religioſæ iſtius familiæ curam gerat, iuxta ſententiam Diui Thomæ, aliorumq́;, Doctorum. Imo etiam arbitratur Toſtatus, ſingulis familiis, maximè ſi caput ipſarū perſona iuſta ſit, præſidere ſingulos Angelos; ac ſubiicit, Angelū illum, qui reduxit aliquādo ancillam Agar ad domum Abrahæ, vnde profugiebat, fuiſſe Angelū Cuſtodē eiuſdē dom9.

Ex iis igitur quæ præſenti capite relata ſunt, non obſcurè perſpicies,

in quacunque corporali neceſsitate recurrendum eſſe ad Angelos, vt ſubſidia vitæ, quibus in mortali hac peregrinatione carere non poſſum⁹, ſuppeditent; & in quotidianis periculis pedes noſtros à lapſu, & animas à morte præſeruent, cuius rei duo manifeſtiſsima ſigna deprehendas in Apocalypſi Ioannis. Vidit imprimis Apoſtolus Angelos coercere ventos, ne nocumentum afferrent terræ: deinde audiuit alium Angelũ clamantem quatuor Angelis, vt nec in terram nec in mare vltricem manum extenderent. *Vidi*, inquit, *quatuor Angelos ſtantes ſuper 4. angulos terræ tenentes quatuor ventos terræ, nè flarent*; & paulò poſt, *Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datũ eſt nocere terræ & mari dicens, Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus*, &c.

Viſio S. Ioannis Apoc. 7.

CAP.

Capvt. III.

Vnicviqve nostrvm aſsignatur ad cuſtodiam aliquis Angelus.

Vide P. Lud. de Ponte Med. 34. part 6. De Angelis cuſtodibus.

Non ſuffecit Deo, commiſiſſe Angelis gubernationē Vniuerſi, & conſequenter hominis, ſed quo peculiarem de vnoquoque homine ſollicitudinem demonſtraret, ſingulis vſque à principio natiuitatis ſuæ deputauit proprium Angelum cuſtodem, cuius beneficio promoueremur ad bonum, & à malo retraheremur, ſicq; præter Theologos omnes Patres ſentiunt, vt videre eſt ſignanter in Sanctis Baſilio, Hieronymo, Gregorio Nazianzeno, Ioāne Chryſoſtomo, Theodoreto, Nyſſeno & aliis. Neque vero inquit Baſilius huic veritati ab aliquo contradici poteſt; manifeſta enim ſunt verba Domini apud Matthæū, *Nè cōtemnatis vnum de puſillis iſtis, nam Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei qui in cælis eſt*, tanquam

Baſil. 3. circa Eunom. Hier. in c. 18 Mat. Naz. or. in S Ioā. Bapt. Chr. hō. 60 in Matth. Theod. orat 10. Gr. Nyſſ. l. de vita Moyſis.

quam diceret; de ſcandalis ac damnis, quib⁹ pauperes à potentibus afficiuntur, proprij ipſorum Angeli coram tribunali diuinæ Iuſtitiæ cõqueruntur. Recepta autem fuit hæc veritas vſque ab exordio primitiuæ Eccleſiæ, quãdoquidẽ in Actis Apoſtolorum legimus, S. Petrum poſtquam liberatus fuiſſet è carcere, tetendiſſe ad domũ Mariȩ matris Marci, vbi cæteri Apoſtoli ac diſcipuli Chriſti congregati vacabãt orationi, & pulſato oſtio dixiſſe ſe Petrum eſſe. At non credentes verbis ipſius diſcipulos, vt qui probè nouerant quàm ſolidis catenis in carcere cõſtringeretur, dixiſſe ad inuicem, *Angelus eius eſt*. Quid de Gentilibus referam, qui effectus quoſdam fortuitos, dictos à philoſophis caſus contingentes, conſiderantes, cum naturalem eorum rationem inueſtigare non poſſent, Angelis illos tribuebant, quos prophano vocabulo nominare conſueuerant Lares, id eſt Deos particulares domorũ; & Genios. i. protectores perſonarum ſuarum *Act. 12.*

Senec. Epiſt. 3. rum. Et Seneca in Epiſtola quadam docet, vnicuique homini aſsiſtere *Hier. in cap. 18. Matth.* Deum ſuum Pœdagogum, ab eoque illum in omnibus actionibus erudiri Vnde non ſine graui cauſsâ exclamat Diuus Hieronymus, dicens, Vide ô homo, quanta ſit dignitas animæ, & quanti eam æſtimet ipſe Deus, qui à momento natiuitatis tuæ aſsignatum tibi de cælo voluit cuſtodem Angelũ, & hunc tantæ potentiæ, vt citius ictu oculi poſsit vniuerſum Mundum in- *Apoc. 19.* uertere: tantæ maieſtatis, vt Sanctus Ioannes tametſi cum Chriſtomet familiariter conuerſari ſoleret, ad conſpectum Angeli prouoluēretur in terram, eum adoraturus, tam inexplicabili ſcilicet vultus ipſius dignitate & claritudine coruſcabat. Et tamen ô homo, hic Angelus tàm potens, tam ſplendidus ac venerandus, abs Deo tibi in tuto- *Baſil. loc. cit.* rem adiungitur. Amplius dicam cum Sancto Baſilio, adiunctus eſt tanquam pœdagogus; imo vero cum Apoſtolo vt loquar velut mini-

miniſter, *Omnes*, inquit ille; *administratorii ſpiritus*, Hinc anſam ſumit exclamandi Sanctus Bernardus in explanatione ſequentis verſiculi Pſalmi nonageſimi noni, *Angelis ſuis mandauit de te. Mira dignatio, & verè magna dilectio charitatis, quis enim, quibus, de quo, quid mandauit?* ac ſi diceret: deſtinauit nobiliſsimam creaturam ad ſeruiendum homini terreno formato ex luto: fideliſsimum amicum ad cuſtodiendum hoſtem; potentiſsimum defenſorem ad protegendam imbecillitatem Naturæ humanæ. Neque in dubium reuocari poteſt, vtrum tot numero Angeli ſint, vt ad particularium hominum cuſtodiam ſufficiant; nam multitudo Angelorum adeò numeroſa eſt, vt multis partibus excedat numerum rerum corporearum. Si enim tanta multitudo (ita Gabriel ratiocinatur) creaturarum corporalium requiritur, vt diſtantiam impleat, quæ inter viliſsimã creaturam & hominem, omnium corpo-

Bern. Pſal. 99.

De Angelorum numero.

In 2. ſent.

corporalium creaturarum nobiliſſimum, interiacet; quanto numero opus erit vt repleatur interuallum, quod porrigitur ab infimo Angelo vſq; ad ipſum Deum? Vnde concludit S.Bernardinus Senenſis, Angelos numero ſuperare ſtellas cæli, arenã maris, puluerem terræ, & quidquid corporeum hoc vniuerſum complectitur. S.Thomas colligit multitudinem Angelorum ex proportione corporum ſuperiorum. Atque ita ſicut in corporibus, inquit, videmus, quantò vnum altero ſuperius eſt, tãtò, & quaſi incomparabiliter maius eſſe: id quod in igne liquet, qui aere ſuperior ideoq; maior eſt, & ſecundum aliquos quidem, quod difficulter tamen crediderim, decuplo: hoc enim colligi poſſe putant ex Ariſtotele, vbi affirmat ex vna parte aquæ confici decem partes aeris: nec non in cælo Lunę quod amplius eſt sphęrã ignis; cælo Mercurii, quod orbem Lunæ intra ſe continet; ſicque deinceps vſque ad vltimum cælum, quod quantò cæteris eminet tantò eorum vaſti-

S. Bern. Tom. 4. ſerm. 49.

S. Tho. 1. p. q. 50. art 3. Vide Clauium in ſpharã.

vaſtitatem excedit. Ita proportionaliter ſentiēdum de creaturis ſpiritualibus; cum altitudo loci in corporibus aſsimiletur ſublimitati eſſentiæ in ſpiritibus, & exceſſui modis corporeæ reſpondeat magnitudini numeri. Atque hinc infertur, cum Angeli animabus noſtris quoad gradū ſuperiores ſint, vel illos tantum, qui in infimo ordine collocati ſunt, plures eſſe numero omnibus animabus totius mundi, quotquot ab exordio illius vſque ad finem extiterint; Archangelos conſequenter numeroſiores Angelis, & ſic deinceps. Id quod inſinuare videtur ſcriptura, quæ de multitudine cæleſtiū ſpirituum loquens, *Millia millium*, inquit, *miniſtrabāt ei, & decies centena millia aßiſtebant ei*, qui numerus determinat⁹ complectitur, ſententia Doctorum, multitudinem cęleſtium ſpirituum quodammodo infinitam. Confirmatur autem, quod docui, à quibuſdam per reuelationē, quæ fauore Deiparæ Virginis Sanctę Brigidæ facta legitur: hæc namque Dan. 7.

nume-

numerum Angelorum decuplo maiorem eſſe numero omnium hominum, conſtantiſsimè affirmat ſubiectis verbis: *Si computarentur omnes homines qui nati ſunt ab Adam, vſque ad nouiſsimum, qui naſciturus eſt in fine mundi, plus quàm decem Angeli inuenirentur pro vnoquoque homine.* Nec ſane authoritas huius ſanctæ repudiari poteſt; Quia Bonifacius Papa nonus in Bulla Canonizationis ipſius pro certo affirmat, beatiſsimam hanc mulierem plurima prænũtiaſſe ſpiritu Prophetico. Et conformiter hucuſque dictis aſſeruerunt alii, cuilibet Angelo reſpondere decem Archangelos, & ſic deinceps; quibus adiici poſſunt, quæ ſcribuntur à Beato Hilario, Cyrillo, & aliis, Angelos ſcilicet nonaginta nouem partibus ſuperare homines: Ouis vna, inquit Hilarius in explanatione Parabolæ, de oue perditâ; homo intelligendus eſt, & ſub homine vno vniuerſitas ſentienda eſt, ſed in huius Adæ errore omne huma-

Lib. 4. Reuel. c. 21. in fine.

Hilar. c. 18. in Matth. Cyrill. Catech. 14.

humanum genus aberrauit, ergo nonaginta nouem non errantes, multitudo Angelorum cæleſtium opinanda eſt, quibus in cælo eſt lætitia, & cura ſalutis humanæ.

Hinc deducunt Doctores, vt ſanctus Thomas, Antoninus, & alii, vnum Angelum non præſidere pluribus hominib⁹ ſucceſſiuè, ſed diuerſis hominibus cuſtodes quoque aſſignari diuerſos. Et facilè æſtimari poteſt, quanta ſit cura ac vigilantia, qua ſinguli Angeli ſingulos homines ſibi commendatos cuſtodiunt. Tametſi eam erga nos exercet benignitatem amantiſſim⁹ De⁹, vt ſubmittat aliquando maximè pro defenſione Iuſtorum complures Angelos, vt feciſſe legitur Patriarchæ Iacob, Prophetæ Eliſæo, aliiſque quod infra declaraturus ſum capite 17.

S. Tho. p. q. 113. a. 2.
Antoninus 3. p. tit. 31. ca. 6. §. 4.
Vnus Angelus nõ præſidet ſucceſſiuè pluribus hominibus.
Vid. Riber. ad c. 3. Zach.

CAP.

CAPVT IV.

Alenſ. p. 2. q. 45. memb. 4. a. 1. S. Th. 1. p. q. 103. a. 4. Bon in 2. d. 11. q. 2.

VNICVIQVE IVSTO QVANtumuis extraordinariis dotibus ac gratia prædito, aſsignari Angelum cuſtodem.

NEMO vtique tam præclaris fauoribus à Deo cumulatur, quin egeat peculiari cuſtodia ac ſollicitudine cæleſtis Angeli. Dum enim homo in tranſitorio hoc ſæculo peregrinatur, ductore opus habet, qui eum præeundo, dirigendoq; promoueat. Manifeſtum eſt, vt loquuntur ſacri Doctores Alex. Alenſis, S. Thomas, Bonauentura & alii, protoparenti Adæ, vtcunque dotato iuſtitia Originali, quæ inferiorem ac ſenſualem partem, ſuperiori ſcurationali ſubiiciebat, tributum fuiſſe à Deo Angelum cuſtodem, vt bonis illius inſpirationibus excitatus innocentiam propugnaret ac tueretur. Quin eos, qui confirmantur in gratiâ & ſanctificantur in vtero matris indigere cuſtodia Angeli ſcribit S. Thomas cum Abulenſi; & ratio lucu-

Angelus cuſtos aſſignatus Adamo etiam in ſtatu gratiæ. Confirmati in gratia Angelo cuſtode indigent. S. Th. in 2. diſt. 11. q. 1. a. 3 Abulēſ. q. 59. in cap 18. Matth.

luculenta eſt, cum quia in progreſſu multifariam retardari poſſunt: tum quia magis magiſq; ad opera virtutis accendi; tum deniq; quod plurimis periculis ſi cuſtode ac tutore deſtituti eſſent, inuoluerentur eorũ corpora. Ac propterea hæredes Adæ, quãquam ipſe non perpetraſſet peccatum, neceſſe tamen habuiſſent cuſtodiri ab Angelo; partim quia in doctrina præfati doctoris Angelici & S. Auguſtini, non fuiſſent confirmati in gratia (quis enim æquum diceret, maiorem gratiam concedi filiis, quam parẽti?) partim quia tametſi iuxta Gregorium & Anſelmum, cõfirmati fuiſſent cuſtodia Angelorum, nihilominus, vti ex capitibus ſupradictis liquet, accidiſſet ipſis multò vtiliſsima. Atque vt finem faciam, ipſa Virgo & Dei Mater Maria, peculiari priuilegio ab omni peccati maculâ præſeruata, & vniuerſis exculta virtutibus, ipſa inquam Angelorum Regina Angelum cuſtodẽ habuit, quod de ea Chriſtiani doctores communiter teſtantur. Neq; in-

Poſteri Adæ etiamſi ille non peccaſſet, habuiſſent tamen Angelũ cuſtodẽ.

Aug. l. 1. Retract. c. 13.
S. Th. 1. p. q. 100. a. 2.
Anſel. 1. cur Deus homo c. 18.
Greg. 4. Mor.

B. V. nõ caruit Angelo cuſtode.

B decens

decens videri poteſt, eam quæ Ange-
Alber. in lorum perfectionem lógè maximè
Euang. antecellit, ipſorumq; Regina, & Dei
Miſſus mater effecta eſt, opus habuiſſe An-
eſt.c.191. gelo à quo ꝓtegeretur; Nã ipſe Fili⁹
& 192. Matrem hanc ſuam commendauit
D. Th. 1. dilectiſsimo diſcipulo Ioanni. Vnde
p.q.113. Petrus Damianus aſsimilat Gabrie-
D Anto lem Angelum & Ioannem Euangeli-
nin. 3.p. ſtam duobus leonibus, quorum alter
t.31.c.6. Angelus nimirum, collocatus fuit
§ 4. ad dexteram Virginis pro cuſtodiâ
Abul. q. animæ ipſius; alter Ioannes appoſit⁹
60. in c. ſiniſtræ ad cuſtodiã virginei eiuſdẽ
28. Matt. corporis. Neque defuerunt mini-
ſteria & obſequia, quæ Angelus
S. Amb. Virgini huic, Dominæ ac Reginæ
l. 2. de ſuæ impenderet. Nam primò An-
Virgin. gelus qui crebrius ſacratiſsimã
Virginẽ inuiſebat, viſitatione ſua vt
Ambroſi⁹ ſcribit eam conſolabatur,
& animabat exterius. Secundò, quã-
quam non experiretur illa rebellio-
nem aliquam carnis contra ſpiritũ:
potuit tñ Dæmõ obiicere impedi-
mẽta quædam extrema; ideoq; con-
ueniens fuit, obſtacula hæc ab An-
gelo

gelo tolli, & audaciam diabolici tentatoris retundi. Quid autem indecentiæ committitur, vbi Imperator propugnatur à propriis militibus? Tertiò, tametſi in matrem Dei electa eſſet, nihilomin' neceſſe habuit erudiri ab Angelo tanquam cōſiliario ac nuntio ſuo directo ab ipſo Deo. Hic reuelauit ipſi myſterium incarnationis; hic conſuluit non tantum Ioſepho ſponſo eius fugam in Aegyptum, & reditum in Iudæã, verum etiam vt Toſtatus aſſerit, ipſi Virgini. Quartò, quot pericula euaſit beatiſsima Virgo in itinere ac reditu ex Aegypto? quot Herodes illi machinabatur inſidias? quot quantaque reliquo vitæ curſu diſcrimina & tribulationes ſuſtinuit? Conueniebat igitur eam ab Angelo aliquo defendi & cuſtodiri. Nec credibile eſt, aſtitiſſe illi ad cuſtodiam vnum duntaxat Angelum, id eſt, quemadmodum Petrus Damianus & alii grauiſsimi doctores tradunt, ſolum Archangelum Gabrielem. ſed tanquam Reginam

Abul.
Matt. 2.
Pet. Dã. orat. 1. de de natiu. Virg.
Toſtat. c. 18. q. 60. in Matth.
Vlterius apud Carth in 2. d. 21. q. 2.

Damaſc. de Aſsũptio. And. Cretẽſ. orat. de B.V.

cæli, & Dominam Angelorum, multis circumdatam fuiſſe, maximè quidem, ſi Damaſceni, & Andreæ Cretenſis ſententia recipitur, in beatiſſimâ morte, qui eam ab inimicorum inſultibus præſeruarent. Summo illi ſacerdoti quem Zacharias vidit, aſtitiſse legim⁹ ad defenſionem quã frequentiſsimos Angelos. Similiter Eliſæ⁹, & Patriarcha Iacob cuſtoditos ſe teſtari poſſunt ab integris Angelorũ agminibus. Quid mirãdum igitur, multitudinẽ Angelorũ quodammodo infinitam ad Reginæ ſuæ protectionem concurriſſe? hoc certè ſponſus in Cantico Salomonis nõ obſcurè aperuit, vbi de dilectiſsima ſponſa loquitur, *Quid vides in Sunamite, niſi choros caſtrorum?* meritò *choros caſtrorum* nominat, qui accelerabant, & tanquam armatæ legiones, vt eam defenderent; & tãquam dulcicanentes chori, vt inuictiſsimã imperatricẽ cęleſtib. iubilis exhilararent. Hi Angeli fuerunt, qui ſecũdùm opinionem Gregorij Nicomedienſis, vna cum Archangelo Gabriele

Cant. 7.

Oratione de Maria in Tẽplo oblata.

briele concinuerunt in natiuitate Redemptoris Chriſti canticum laudis, *Facta eſt multitudo militiæ cæleſtis, Exercitus canentium Gloria in altiſſimis Deo.* Idem hoc Angelorum erga Matrem Dei obſequium figuratur per lectulum Salomonis circundatū ſexaginta viris omniū totius Iſraeliticę nationis fortiſsimis. *Cant. 3.*

Vnus Chriſtus Dominus & caput noſtrum Angelū cuſtodem non habuit. Cū quia non tantùm, vt Theologi loquuntur, viator, verum etiam comprehenſor erat, vt qui faciem æterni Patris perpetuo contemplabatur: tum quia non eguit, quia plenus erat ſcientia & gratia, & quomodo ſcriptura ait, *Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei in illo abſcondebantur.* Et Sanctus Ioannes appellat plenum gratię & veritatis. Partim etiam quia Sanctiſsima illa humanitas regebatur à verbo, vti pars noſtra inferior gubernari debet à Superiore. Atque ita Angelum cuſtodem ei adiungere, non aliud fuiſſet, quam tribuere Philoſopho *Chriſtus non habuit Angelum cuſtodem.*

cu[illegible]m ab omni ſcientia inſtructiſſimo loco magiſtri ignarum puerulum. Vnde vt ex Matthæo colligitur in duello illo inter Chriſtum & Sathanam, Angeli receſſerunt, vt oſtéderetur Chriſtum ad obtinendam victoriam eorũ ſuccurſu aut præſidio neutiquam eguiſſe: duello autẽ exacto, *Acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei.* Neq; his contradicit, q̄ alibi de Chriſto legitur, eum in extrema agonia quã ſenſit in oratione horti confortatum fuiſſe ab Angelo; Nam vt eruditè notat Ioannes Damaſcenus aliiq; grauiſsimi Doctores, non potuit Angelus proponere Chriſto rationẽ aliquã, q̃ illum lateret; ſed tantum familiaris allocutio habita fuit, dũ is ei quidquid gerebatur rerum repræſentaret. Proinde adiunctos habuit ſibi Chriſtus Angelos non velut Conſiliarios aut defenſores, ſed tantum quaſi miniſtros ac famulos: Et ſpecialiter in myſterio Incarnationis ſuæ adhibuit Archangelum Gabrielem vti Nuntium, eiuſq; operâ prædixit Beatiſſ. Virg.

Matt. 4.

Damaſc. l. 3. de fide cap. 3.

Fr. Suar. T. 2. d. 31. ſect. 2. Et d. ſ. 39. ſect. 4.

ipſam

ipſam hanc Incarnationem; Ioſepho conſuluit fugam Aegyptiacam; & Paſtoribus fœliciſsimam natiuitatem Saluatoris aperuit.

CAPVT. V.

AD QVAM HIERARCHIAM pertineant Angeli, qui deſtinantur ad cuſtodiam hominum.

QVANDO quæſtio hæc non minus difficilis, q̃ elegans ac iucunda eſt, ſubterfugiem' in quantũ poſsibile erit, ſubtilitates ſcholaſticas, hoc ſolum proponendo, quod affectum moueat, & paſcat non tam perſpicax lectoris ingeniũ, quàm deuotiſsimam voluntatem. Principio igitur ſciendum, vniuerſum Angelicorum ſpirituum Exercitum diuidi in tres numeroſiſsimas legiones, ſiue, vt Græco vocabulo vtamur, Hierarchias, id eſt propriè loquendo ſacros Principatus: & quamlibet Hierarchiam ſimiliter in tres alios ordines ſiue choros; quia congruum eſt in ampliſsimâ hâc Republicâ vniuerſi, cuius ille *Declarãtur hierarchiæ cœleſtes per*

proportio nem regni terreni benè ordinati.

ille ſolus Monarcha eſt, qui eam fecit de nihilo, inueniri formam gubernationis aliquanto inferiorem, cuius intuitu creaturæ perfectiores ac nobiliores, minus perfectis nobilibusque anteeant. Cæterum per mirabilem hunc Angelorum ordinem iuxta Guilielmum Pariſienſem deſignare videtur voluiſſe æternus Deus terrenum regnum benè ordinatum & multitudinem aulicorum. Qui .n. continuo adſiſtunt Regi, in triplici ordine ſunt, inquit ille; in primo ij, qui Regem contingunt vel propinquitate ſanguinis, vel antiquitate amicitiæ: in ſecundo perſonæ commendatæ à ſapientia: in tertio magiſtratus publici. Poſt triplicem hunc perſonarum gradum, primum ad Reges locum poſsidere ſolent Principes ipſorum Feudatarii: proximè his Præſides & gubernatores Prouinciarum; tum ſequuntur duces generales ac tribuni Exercitus: quorum aliqui præter ſupremum ducem & ſimiles belli Præfectos, priuata generoſitate potiꝰ, quã publi-

publico munere illuſtres ſunt, q̧ de periculoſiſsimis prælijs cũ victoriâ redierunt: alii ex officio inceſsãter diſcurrũt ꝑ ciuitates ac tẽtoria Regia, vt varios euẽtus ac neceſsitates denũtiẽt: alii demũ Feciales, ita dicti, ꝙ belli aut pacis faciẽdæ poteſtas ipſis cõmitteretur. Taliter Pariſienſis cæleſtem etiam Monarchã aulam ſuam ornaſſe & ordinaſſe iudicat, aſsimilans Seraphinos amicis Regis, Cherubinos ſapiẽtib. & imperialibus ſynedris; Thronos Magiſtratib⁹: Et in ſecũdo Choro Dominationes Baronib⁹; Principatus Gubernatoribus Prouinciarũ, Poteſtates Præfectis ac ducibus: Et in vltimâ Hierarchiâ Virtutes, Archãgelos & Angelos militib⁹, ac nũtiis rerum cũ particulariũ tũ cõmunium q̃ generalẽ Diuinæ Monarchiæ gubernationẽ concerrũt. Quin ipſe Apoſtolus, vt à D. Hieronymo obſeruatur, vocabula hęc dominationũ, Poteſtatum, ac virtutum collegit ex libro Numerorum & Regum, cum deprehenderet, titulis Regũ, Ducum, *Hier. Epiſt. ad Epheſ. cap. 4.*

Principum, tribunorum ac centurionum deſignari eo loco à Spiritu ſancto non tam terrenum exercitum, quàm aulam & caſtra cæleſtia.

Cuius Hierarchiæ ſint Angeli cuſtodes? Prima ſententia. S. Th. 1. p. q. 113. q. 3 & q. 112. Dion. c. 9. & 13. Cal. Hierarch. Ægid. in 2. diſt. 10. dub. 10. Tol. annot. 45. in c. 1. Luc. Eck. hō. 2. de Michaele.

Porrò vt propoſitam difficultatem enucleemus, cuius nimirum Hierarchiæ ſint Angeli, qui ad corporum & animarum noſtrarum cuſtodiam deſtinantur; multifariam Doctores ſentiunt: Quidam cum Diuo Thomâ in infimâ eos claſſe collocant, idcircò, quod diuina Prouidentia ſapientiſsimè omnia diſponit, & infima quidem per media, media autem per ſuprema gubernat. Nihilominus tamen cum eodem Angelico Doctore, & Beato Dionyſio Areopagitâ, aſſerunt, omnes, quatuor primis exceptis (qui perpetuo Præſentiæ diuinæ aſsiſtunt) deorsùm mitti, vt colligitur ex ipſis eorum nominibus; vnde concludit Diuus Thomas præſidere multitudini cunctorum hominum aliquem Archangelum; omnibus rebus corporeis

vnum ex Principatibus; Dœmonibus Poteſtatem & conſequenter Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem non ſpectare ad quatuor primos ordines: Imò verò affirmat Aegidius cum celeberrimis aliquot Doctoribus, conſtitui eos in infimâ Hierarchiâ ſecundi ordinis Archangelorum. Secunda aliorum ſententia eſt, ex omnibus Hierarchiis, vniuerſiſque ordinibus etiam prioribus quatuor Angelos ad nos tranſmitti; ſed differenter tamen, ita vt ſuperiores mittantur ad exercenda miniſteria extraordinaria, cum inferiores ex officio deputentur ſolùm ad noſtram cuſtodiam, quod exemplis aliquot diuinæ Scripturæ probant. Et verò duos Angelos illos, vt hinc exordium ſumatur, qui in Geneſi humana formâ accelerarunt ad deſtruendum Sodomam & Gomorrham; non eſt veroſimile (inquiunt) pertinuiſſe ad infimam Hierarchiam, cum ſoli ipſi à Deo, quem repræſentabat tertius ille Angelus

Secunda ſententia.

Ad R. 2. diſt. d. 10.

Gl. c. 19.

adoratus ab Abrahâ, in negotio ſummi pōderis, id eſt, impiarum ciuitatum deſtructione quaſi comites electi fuerint.

Dură. in 2. d. 10. q. 1. Molin. in 1. p. ad q. 113.

Præterea, alterum Angelum qui Saluatorem Chriſtum ad paſsionem hortatus eſt & confortauit, quando is in agonia vultum æterni Patris deprecabatur, probabile eſt, & nonnulli Doctores ſentiunt fuiſſe vnum ex ardentiſsimis Seraphinis, quod ipſum de alio dici poteſt, cui cura impoſita fuit ſeruiendi Chriſto adhuc puero, ita vt prouideret imprimis honori ipſius, Ioſephum commonendo, nè Mariam deſereret; tum etiam vitæ, perſuadendo eidem Ioſepho vt conuaſâtâ ſupellectili cum familia ſua fugeret in Aegyptum, vt non obſcurè declarauit Eſaias dicens, *Volauit ad me vnus de Seraphin*. Reuera autem Seraphinum extitiſſe, præterquam quod Diuus Hieronymus hoc loco cum aliis Doctoribus indicant, ex contextu ſermonis euinci poteſt: nam paulò priꝰ in eodem capite meminerat Seraphino-

Eſaia. 6. Hier ib. Riber. in c. 1. Epiſt. ad Hebr. Aluar. c. 6 & alij.

phinorum, accuratè illos deſcribendo in hunc modum, *Seraphin ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* His adijciunt, collocaſſe Deum vbi primos parentes noſtros Paradyſo pepulerat, ante iucundiſſimum illum hortum voluptatis Cherubim, Angelum videlicet ſecundi ordinis: quia conueniens erat, Angelum illius chori cui ſumma ſcientia tribuitur, poni ad cuſtodiam eius loci vnde extrudi meruerunt, qui immoderato appetu ad ſcientiam anhelabant. Neque aliud horum ſententiâ credendum eſt, quàm Michaelem, cui primò ſynagoga, deinde vniuerſalis Eccleſia in cuſtodiam data fuit, vnum eſſe de ſupremis Angelis. Quis enim Rex tàm peruerſo iudicio ſit, vt opulentiſſimum theſaurum ſuum alteri quàm nobiliſſimo chariſſimoque amico aut miniſtro ſuo concredendum exiſtimet? Adde quod Ioannes Euangeliſta narrat, *Factum eſt prælium*

Catherin. c. 3. Geneſ.

Vid. Andre. Vict. l. 1 de cuſtod. Angel.

Vieg. in Apocal. c. 12.

lium magnum in cælo, Michael & Angeli eius, vnde etiam diſcitur, quemadmodum draco *erat magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas. qui ſeducit vniuerſũ orbem*, ſic Michaelem ſi nõ primum in ordine beatorum ſpirituum, aduerſarium illius, qui primus omniũ Angelorum damnatus fuit, ſaltem vnum de ſublimioribus eſſe, vt quẽ Daniel appellat magnum Principem, *& vnum de Principibus primis.*

Dan. 12. & 10. Cath. in c. 3. Gen. Vieg. c. 12. Apoc. Maldon. c. 1. Luc. Salmer. c. 1 ad Hebr. Molin. 1. p. q. 8.

Angelum Gabrielem deſtinatum à Deo ad reuelandũ Beatiſſimæ Virgini myſterium incarnationis Chriſti, aſſerunt plerique doctores poſitum eſſe in ſupremâ Hierarchia & confirmant ſententiam hanc ſuam dicto B. Gregorij, *Ad hoc miniſteriũ ſummum Angelum venire dignũ fuerat. qui ſummum omniũ nunciabat.* Alijs placet ab Angelis infimi chori cuſtodiri homines qui vitam priuatam tranſigunt, ab Archangelis eos, qui verſantur in dignitatib. & officijs publicis, vti Principes, Epiſcopos, & ſimiles perſonas; à Principatibus

Greg. ho. 34 in Euang.

Tertia ſententia. Ioannes Eckius hom 7. de S. Mich

tibus Reges, Imperatores, ac ſummos Pontifices, tametſi Theodoretus velit, curam Regnorum ſpectare ſingulariter ad Archangelos. Vt vt ſit, veriſſimè ſcripſit Baſilius, ſicut regnum maius eſt homine, ita Angelum præſidentem alicui regno maiorem pariter eſſe oportere Angelo gubernante perſonam hominis. Alij demùm conijciunt, ex omnibus ordinibus deputari ad cuſtodiã noſtrã certos Angelos, quòd ſecundum ipſos deduci videtur ex Diuo Paulo: nam alioquin non probaret Apoſtol' excellentiam Chriſti tanquam Filij Dei naturalis ſupra omnes Angelos, qui miniſtri ſunt, dicendo. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis?* Idem exemplis quibuſdam perſuadent deriuatis ex fonte ſacrarum litterarum. Angelus, qui emiſſus fuit ad ſanandum Tobiam taliter de ſeipſo loquitur: *Ego ſum Raphael vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum,*

Theod. in c. 10. Dan. s. *Baſil. l. 3. cõt. Eun.* *Quarta ſententia.* *Heb. 1.* *Prima ratio.* *Secunda.* *Tob. 12.*

num, demonſtrando (inquit Cyrillus & Nazianzenus) ſe vnum eſſe de ſupremis ſpiritibus, deque illis qui per dignitatem & ſingularem prærogatiuam immortalem Deum vicinius contemplantur. Neque aſſignatus fuit Tobiæ Raphael in cuſtodem quoad præſentem duntaxat caſum, ſed vſque à principio eiuſdem natiuitatis, vt ita nemini in dubium reuocare liceat, aliquos etiam ex ſupremis ſpiritibus ad protectionem mortalium deputari. Præterea quando Filius Dei ipſe etiam verus Deus propter ſalutẽ noſtram à Patre in hunc mundum ablegatus fuit, quali comitatu credibile eſt eum apparuiſſe? Quis Rex profecturus è ciuitate ſua vrgentiũ negotiorum causâ in exteram regionem non adducit ſecum ſapientiſſimos & potentiſſimos quoſque optimates, qui in Regia & prouincijs ſuis verſantur? ſi itaque primæ & ſecundæ Hierarchiæ Angeli potentiores ſapientioresque ſunt Angelis tertiæ, næ fatẽdum eſt, Cœlorum

Tertia ratio.

rum

rum Regem conformiter maieſtati ac gloriæ ſuæ ſupremorum ſibi ſpirituum ſatellitium elegiſſe. Neque dixeris; Filium Dei ſplendorem humanitatis velo diuinitatis cooperiendo deſcendiſſe ad nos habitu incognito vt paſſim contemneretur, ideòq; rationabiliter pompoſum illum Angelorum comitatum ſepoſuiſſe: quia aduentus ipſius nihil aliud fuit, quam aſſumptio naturæ humanæ abſque eo quod diuina vllatenus diminueretur: vnde omnes ſpiritualis militiæ legiones non aliter eum reuerebantur circumeuntem in ſacco mortalitatis, quam reſidentem in ſolio diuinæ æternitatis. Præterea, (adiungunt ijdem) quis omnium Hierarcharum Chorus, & quis vtcunque excelſi ordinis Angelus liber per Deum factus eſſe cenſeri poteſt ab eo pondere, quod ipſum Dei Filium in mortem depreſſit? *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret,* & non dediſſet nobis pæ eadem hâc dilectione aliquem ex Seraphi- *Quarta ratio.*

nis

nis? Et quiſnam beatorum ſpirituum non vehementiſſimè cuperet ſaluti hominum cooperari, poſtquam amore illorum ipſe vnigenitus Patris de gloriæ ſolio in terram deſcendit? Imo verò tantam rationem hominis habent Angeli poſt incarnationē verbi, vt hac de cauſa exiſtiment aliqui non voluiſſe adorari eum qui in Apocalypſi Ioannis loquitur, *Vide nè feceris*, conſeruus tuus ſum. Verum videlicet eſt, vtcunque hoc dubium explanetur, ſemper conſecuturum iuxta doctrinam Apoſtoli, quod *omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*. Nam miſſio hæc ſpirituum cœleſtium ad noſtram cuſtodiam omnibus competit, quandoquidem ſuperiores réuelant decreta Dei inferioribus, hi iterum inferioribus, atq; ita deinceps vſq; ad poſtremos choros, qui ſecundùm vſitatiſſimam Theologorum ſententiam illuminant, cuſtodiuntque noſtras animas.

Apoc. 19. *S. Thom. 1. p. q. 113. cum Themiſtio. Magiſter in 2. diſt. 10. Bonau. & Scot. ibid.*

Nos

Nos igitur qui à Rege & Patre cœleſti adoptati in filios, & hæredes interminabilis Regni declarati fuimus, perquàm arctè ſanctiſſimis hiſce tutoribus noſtris obligamur, vt à quib⁹ dum in mortali vitâ tanquam paruuli fluctuamus, regimur dirigimurque ad ſummum bonum, donec euadamus ad ſtabilem illam ætatem vitæ futuræ, *In virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.*

CAPVT VI.

QVINAM MAIORA AVXILIA, & locupletiorem gratiam ab Angelo cuſtode percipiant?

QVANQVAM charitas Angeli erga perſonam cuſtoditam maximè iuſtam inexplicabilis ſit, vt poſtmodum docturus ſum, negari tamen haud poteſt, quanto virtus cuſtoditi illuſtrior, tanto etiam illam notabilioribus incrementis augeri. Quatuor

ergo hominum claſſes ſunt, quibus Angeli maximè ſe addictos demonſtrant. Prima virginum, & caſtorum, ſecunda eleemoſynariorum, Tertia Religioſorum, & quotquot pereuntis ſæculi illecebras aſpernantur. Quarta eorum qui miſerias & calamitates patienter perferunt amore Dei. Et verò non irrationabiliter peculiaris aliquis Angelorum fauor hiſce perſonis exhibetur; quia longiùs quàm cæteri à vilitate & inquinamentis Mundi diffugiunt: primi ſcilicet à delicijs carnis & ſanguinis; ſecundi ab opibus; tertij à parentibus & amicis; vltimi à ſeipſis; atq; adeò dum Angelis in vita & conuerſatione, quantum conditio mortalis patitur, aſſimilantur, digniores capacioresque ſeſe eorum donis conſtituant. Ordiamur à primis.

QVOMODO VIRGINES ET caſtæ perſonæ ſingulariter ab Angelis gubernentur.

Iuſta Dei diſpenſatione Angeli maio-

maiore vigilantia ac diligentia cuſtodiunt Virgines, alioſque caſtimoniæ ſtudioſos homines; quia hi propinquius ad naturam ipſorum accedunt dicente ſcripturâ, *ſunt ſicut Angeli Dei*, qui neque nubent, neque nubentur. Quis autem neſcit ſimilitudinem eſſe fontem mutuæ dilectionis? Cæcilia in hæc verba de Angelo cuſtode locuta legitur, *Habeo cuſtodem corporis mei Angelum Domini, qui nimio zelo cuſtodit corpus meum*. Narratur & de Theophilâ virgine in annalibus Eccleſiaſticis Cardinalis Baronij, quod appropinquantibus, vt eam polluerent, impijs Miniſtris Maximiniani, ſubitò apparuit defenſor Angelus incredendæ pulchritudinis ac ſplēdoris, ita vt ex oculis illius viuæ flammæ quaſi totidem ignita iacula euolarent: quod vtique terribile ſpectaculum cum nefarij ſatellites perferre non poſſent, intactâ virgine, quam Angelus deinde ad Eccleſiam reduxit, in fugam conuerſi ſunt. Notum eſt illuſtre factum ſancti

Mat. 19.

S. Cæcilia.

Theophila.

Barō to. 2. pag. 677.

S. Thom. Aquin. ctì Thomæ cognomento Doctoris Angelici, qui adhuc adoleſcens in Religione Nouitius impudicam meretricem titione diſpulit, quæ animi generoſitas tantopere oculos Angelorum affecit, vt illico duo ex illis accurrerent, vnus ipſius, alter fœminæ fugatæ cuſtos, & cum peractâ oratione indormiuiſſet, lumbos eius cingulo, id eſt ſigno edomitæ iam concupiſcentiæ carnalis conſtringerent.

Iacob. Gen. 32. Legimus præterea in nocturnâ illâ colluctatione Patriarchæ Iacob, vnde magna ipſius cum Deo familiaritas elucet, Angelum *tetigiſſe neruum femoris eius, & ſtatim emarcuiſſe*, quaſi quoad caſtitatem eum ſibi voluiſſet aſſimilare. Deinde non videtur caruiſſe myſterio, quod Deus caſtigauit Sodomitas manib. Angelorum; quia enim turpitudo illa potiſſimum repugnauit Naturæ Angelicæ, Angelos decuit gladium vindictæ in deſperatiſſimas ciuitates exerere.

Exemplum de adoleſcente percuſſa ab Angelo. Non præteribo impræſentiarum, quin

quin commemorem ad cautelã iuuenum exemplum adoleſcentis cuiuſdam deuoti erga cuſtodem Angelum, nec minùs, modeſtiâ, pudicitia, cæteriſque virtutibus ornatiſſimi. Hic cum literarum gratia verſaretur in diœceſi Vltraiectenſi, neſcio quo caſu aliquando accidit, vt coniungeret ſeſe iuuenibus diſcolis & laſciuiæ deditis, qui malo exemplo & aſtu impudicæ mulieris, ad quam ille præter omnem opinionem ſuam deductus erat, eouſque eum pellicere, parum vt abeſſet, quin cum puritate mentis, florem virginitatis hactenus diuina gratia & protectione Angeli conſeruatum & illæſum, conculcaret. At deſertis tandem ſocijs (nox quippe ingruebat) cum domum repetens, etiam atque etiam expenderet ſecum, & admiraretur periculum, in quod irreparabilem pudicitiæ theſaurum coniecerat, ecce obuiam illi iuuenem inuſitati decoris & claritatis, qui accedens alapam ei

Vide ſpecul. Exempl. diſt. 10. Exẽpl. 9.

ei inflixit tanto impetu, vt in terram concideret, dicens, vel tandem diſce peruerſas ſocietates defugere; & repente diſparuit. Adoleſcens attonitus rei nouitate paulò poſt in pedes ſe erexit, & reflectens animum ad ea, quæ ſibi acciderant, manifeſtè agnouit, iuuenem illum Angelum cuſtodem fuiſſe, eiuſque beneficio tantum ſe eâ die diſcrimen caſtimoniæ euaſiſſe, didiciſſeq; impoſterum peccandi occaſiones vigilantius deuitare. Vnde incredibili perfuſus gaudio pro duplici fauore Deo & cuſtodi Angelo gratias reddidit, cautior in conuerſatione effectus per admonitionem illius à quo alapam ſuſtinuerat, *vt caro caſtigata ab Angelo erudiret ſpiritum*, quemadmodum Sanctus Gregorius loquitur explicans figuram illam aſinæ Balaam, quæ ab Angelo territa Dominum ſuum à maledictione detinuit.

In Paſtorali.

QVIBVS

QVIBVS FAVORIBVS AVgeantur ab Angelis eleemoſynarij?

Secunda claſſis eorum, qui Angelis præ cæteris gratiores ſunt, eleemoſynarios continet, de quibus multa ſimiliter exempla ſuppetunt in diuinis literis: Primum Abrahæ, qui eximiam charitatem impendẽs pauperibus maximè peregrinis, præclaram illam viſionem Angelorum meruit, cuius ſcriptura meminit: Cumque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri prope eum, quos cum vidiſſet, occurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terram. Secundò, ſeruus Abrahæ, qui ex promptitudine puellæ offerentis aquam agnouit, ipſam Iſaac a Domino in ſponſam præparatam eſſe, ab Angelo inſtructus fuit, atteſtante ſcripturâ: *Dominus*, &c. *ipſe mittet Angelum ſuum coràm te, & accipies inde vxorem filio meo.* Tertiò. Exem-

Angelus apparet Abrahæ. Gen. 18.

Gen. 24.

plum Tobiæ incidit, qui ob paternum affectum erga pauperes curari meruit ab infirmitate ſuâ per Angelum. Atque hoc conſilium filio reliquit, nè vnquam pauperibus eleemoſynam iuxta facultates ſuas elargiri prætermitteret, *ſi exiguum habes, exiguum da.* Et Iob panem ſuum diuiſiſſe legimus cum pauperibus. Sicubi autem commoditas corporaliter illis opitulandi deficiat, dimittendi tamen non ſunt. niſi recitato primum pro neceſſitate eorum (vt Doctor ille conſulit) Aue Mariâ. Alius inter occulta diuitum peccata numerat omiſſionem eleemoſynæ. Vt ita meritò credendum ſit, Angelū magis quàm vllis alijs, fauere eleemoſynarijs, & iuſto titulo ſuccurrere, quia ipſi etiam erga alios viſcera benignitatis ſuæ effundunt.

Tobias. *Tob. 1.*

Exēplum *Tom. 7.*

Celeberrimum huius rei exemplum legas in Cardinali Baronio, quod Alexandriæ contigit, vbi nobilis puella, cum in viridario ſuo recreationi fortè fortuna intenta

eſſet, conſpicabatur virũ quendam arbori capiſtrum innectentem, vt inſerto deinde collo ſeſe ſuſpenderet, confeſtim igitur illa aduolare, & quærere, quis illi dolor, quænam calamitas tam diabolicum cõſilium ſuggeſſiſſet: & reſponſo accepto, ideò ſe ad mortẽ properare, nè millies de die moriatur in carcere, in quem propediem ſe à creditoribus compingendum ſuſpicabatur, vt cuius debita multis partibus eiuſdem ſubſtantiam & egeſtatem ſuperabant, præ commiſeratione omnes facultates ſuas homini obærato obtulit. Deinde verò cum alijs medijs alimenta ſe conquirere poſſe diffideret, duplici agitata ſtimulo corpus ſuum proſtituit lucri causâ, atque in hâc peccandi libidine longo tempore perſeuerauit, donec tandem infirmata inter acerrimos propinquæ mortis dolores illuminaretur à Deo, peccatum abhorreret, proponeret pœnitentiam, & emendationem vitæ, neç quidquam ardentius, quàm Fidem & Chriſtia-

num Baptiſma expeteret. Sed quia per fœdiſſimam cōuerſationem omnibus exoſa erat, ita vt nemo eam è ſacro fonte ſuſcipere dignaretur, dum intrinſeco dolore ac mœrore conficitur, ecce tibi iuuenis præſtò eſt illum repræſentans, quem ipſa ab impio propoſito bonorum ſuorum ſuorum erogatione retraxerat, & percontatus triſtitiæ cauſam, bono animo eam eſſe iuſſit, ſe nimirum iuſtiſſimis eius deſiderijs locupletiſſimè ſatisfacturũ. Diſcedēs itaq; ad modicum temporis interuallũ, mox reuerſus eſt, ac duobus longè pulcherrimis adoleſcentibus ſtipabatur, qui aſſumptâ formâ duorum conſulum ciuitatis, ad Eccleſiam illam deducentes è baptiſmate ſuſceperunt. A vicinis autem rogata, quinam inexpectati iſti patrini eſſent, cum neutrum ſe illorum noſſe conſtantiſſimè affirmaret, res ad Epiſcopum loci delata fuit, qui accitis Clericis, qui eam ſalutari fonte expiauerant, ſeriò interrogauit, verè, nec nè duo illi ciuitatis proceres

fœmi-

fœminam è Baptiſmate ſuſcepiſſent,& reſpondentibus Clericis,illos ipſos fuiſſe, ſeq; authoritate eorum catechuminam Baptizaſſe: Magiſtratu autem è contrario aſſeuerante, nihil prorſus ſibi de ijs,quæ geſta ferebantur, conſtare, facilè cognouit,diuinam manum huic operi adfuiſſe. Proindè viſitata muliere,(grauiter quippe decumbebat) ſciſcitari ex eâ cœpit, cuiuſmodi bona opera in vitâ ſua exercuiſſet.

Baptizata autem, ecquod bonum opus,inquit,à fœmina naſci potuit, cuius hucuſque actiones & cogitationes in turpitudine diffluxerunt? Demùm tamen confeſſa eſt, ſe adhuc puellam virginem totum patrimonium ſuum præ commiſeratione tradidiſſe obærato cuidam homini,vt ne is,quod deſignauerat, laqueo ſeſe ad vitandam creditorum importunitatem, ſuſpenderet,eoq; dicto animam creatori reddidit. Porrò qui hoc exēplum literis conſignarunt,duos illos iuuenes com-

muni cōſenſu putant fuiſſe Angelos cuſtodes, vnū fœminæ, alterum hominis, quam à ſuſpendio reuocarat. Credi etiam piè poteſt, adiunctum fuiſſe mulieri ſecundū Angelum cuſtodem propter liberaliſſimam eleemoſynam. Nam ſimile quiddam refert Ioan. Diacon. de S. Gregorio in vita ipſius, qui cum pro duodecim pauperibus inſtruxiſſet conuiuium, Angelum inter eos accumbere conſpicatus eſt, qui ad Gregorium, ſcito, inquit, vſque adeò placere Deo benignam hanc voluntatem tuam erga pauperes, vt eius intuitu elegerit te in Paſtorem vniuerſalem totius Eccleſiæ Chriſtianæ, & ecce me, qui miſſus ſum, vt animam tuam vſque ad vltimum vitæ halitum cuſtodiam, pollicearque, omnia te me mediatore abs Deo conſecuturum eſſe, quæ cor & anima tua popoſcerint.

Quā chari ſint Angelis qui ſaluti proximorum ſtudent.

Neque illi ſolùm qui eleemoſynas corporales largiuntur Angelis chari ſunt, verùm etiam, imò cha-

chariores, qui impendunt eleemoſynas ſpirituales, ſubleuando miſerias & neceſſitates animæ, quæ infinitis partibus, (vt cum Diuo Thomâ loquar) corporis conditionem præcellit. Adiungit Sanctus Chryſoſtomus, retrahere proximum à peccato, ſiue obſtare, quo minùs veteribus noua adijciat, excellentius opus eſſe toto viſibili mundo, qui ad beneficium hominum creatus fuit. Vnde quanquam effunderes in eleemoſynas maximam auri vim, non præſtares tam nobile opus, quàm ſi curam gereres de ſalute vnius animæ. Atque hinc infert Beatus Laurentius Iuſtinianus Patriarcha Venetus, multo rigidius iudicatum iri eos, qui intermittunt opera miſericordiæ ſpiritualia, quàm qui corporalia; & ſubijcit. Quiſquis hæc legit, oculos aperiat animæ, & obſeruet. E contrario autem miris modis iuuabitur, coronabiturque, qui vel vnicam animam ad viam cœleſtis vitæ reduxerit. Vnde idem ſanctus Chryſoſtomus

S. Tho. l. 4 cont. gēt. c. 55. Chryſoſt. or. 4. cōt. Iuda.

Laurent. Iuſtin. li. de humi.

Chryſ. hom. 5. cōt. Iud.

ſtomus multoties accidere ſcribit, vt Deus pro reductione alicuius animæ, innumerabilium errorum pondus à nobis tollat, & bonum illud opus acceptet in iudicio ſuo pro pretio redemptionis, & ſalutis noſtræ propriæ, idque, quia opus miſericordiæ, quò anima proximi promouetur, multa nobis auxilia abs Deo impetrat, quibus ad opera pœnitentiæ accendamur, dummodo velimus obſequi, & poſtquam iuſtificati fuerimus, diuerſa media iuſtitiam conſeruandi, & virtutes augendi. Atque ad huiuſmodi opera ſpiritualia Angeli quaſi atteſtantes quàm grata ſibi acciderent, frequẽtiſſimè etiam viſibiliter concurrerunt, qua ratione de S. Ambroſio legitur, prædicanti ei adſtitiſſe Angelum, qui verba ſuggereret. Similia exempla de alijs proferri poſſent, ſed ſtudeamus breuitati.

RELI-

RELIGIOSI ET QVI MVNdum deſpiciunt, ſingularibus Angelorum auxilijs & præſidijs cuſtodiuntur.

Tertium hominum genus, qui præ cæteris ab Angelis amantur, eos complectitur, qui renuntiant Mundo amore Dei, vt carnē ſuam mortificent, vnde Angelus ad Danielem, *Noli*, inquit, *metuere Daniel, quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos.* Pariter Patriarchæ Iacob, poſtquam reliquiſſet domum paternam, & Eſau fratris ſui iracundiam declinaſſet, oſtendit Deus præclaram illam viſionem ſcalæ, quam aſcēdentes & deſcendentes Angeli frequentabāt, quaſi dicens: Quia tu deſertâ amore mei paternâ domo & terrâ natiuitatis tuæ, accinxiſti te ad tolerantiam perſecutionum & calamitatum, quæ tibi fraternâ Eſau inuidiâ inferuntur, ecce ego habita-

Apparet Angelus Danieli c. 10.

Iacob Patriarchæ. Gen. 32.

culum demóſtro, quod tibi in compenſationem terreſtris exilij præparatur: Et multitudinem Angelorum, qui multò copioſiùs conſolabuntur & propugnabunt te, quam omnes illi conſanguinei & facultates quas reſpuiſti.

Monacho infirmo miniſtrat Angelus. Vid. ſpecul. exēp. diſt. 2. Exempl. 116.

Ad hoc propoſitum in libro doctrinæ Patrum ſcribitur, Monachū quendam, vbi aliquantiſper vitam ſolitariam eremitarum more ſeparatus ab alijs tranſegiſſet tandem infirmatum, conſpexiſſe ad ſe venientem Angelum cuſtodem, vt decumbenti ſibi famularetur, poſteaquam autem nonnullas ſeptimanas Monachus in ægritudine ſuâ & Angelus in cœpta ſeruiēdi cōſuetudine perduraſſent, acceſſerunt viſitatum illum alij Monachi, & Angelus qui intus verſabatur, mox pulſato oſtio cellæ diſparuit. Ingreſſis itaque hoſpitibus, abite, infit afflictus Eremita, abite amabo fratres mei, quia vobis ſuperuenientibus Angelus cuſtos meus, à quo viſibiliter præſente ſolatium & pleniſſimum obſe-

obſequium hucuſque habui, repente dilapſus eſt. Vix prolatis hiſce verbis anima diſceſſit è corpore aſſūpta vt creditur ac Deo reſtituta ab eodem cuſtode Angelo, qui primitus eam in cuſtodiam ſuam receperat.

Nec quoad corpus duntaxat Angelicũ cuſtodem Religioſo prodeſſe legimus, verum etiam, imò amplius in his quæ concernunt ſpiritum & animam, idque cum frequentibus exemplis doceri poteſt, tum ipſa ratione, quia cuſtodia Angelorum ſpecialiter à Deo aſſignata fuit animæ, cuius Angelus tantam curam gerit, vt omnes Religioſi viri paſſus obſeruet, vt poſtmodum præſentare eum poſſit cum illo amoris fructu, à quo ad perfectiſſimã Dei ſeruitutẽ adigebatur. Vnde in eodem libro doctrinæ ſanctorum Patrum legitur de quodam Monacho, qui aquam ad cellam ſuam apportabat vſq; à duodecim milliaribus; quando autem diuturni laboris eum tædere cæpit, Angelum cuſtodem ſuum conſpicatus eſt, qui omnes ipſius paſſus accu- *Angelus deſcribit omnes Religioſorum paſſus.* *Exẽplum*

 ratiſſi-

tatiſſimè deſignarat: itaque exhilaratus Monachus, de die in diem ſolertior factus eſt, & vſitatum iter quò ſenior eò alacrior continuauit. Atque hic liber (vt ita loquar) memoriæ, cui Angelus minimam quamque actionem amore Dei ſuſceptam inſcribit, ille fortaſſis eſt, de quo, vt populum ad obſeruantiam mandatorum incitet, ratiocinatur Propheta Malachias, *Attendit Dominus & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo timentibus Dominum*, vbi Hebræus legit, *liber memoriæ & recordationis.* Deinde magna huic Angelo conſuetudo ac familiaritas eſt cum Religioſo, quem crebrius conſolatur, & viſitat ſubinde ſenſibiliter: & horſum pertinet, quod commemoratur de Guthlaco quodam, qui vehementer aliquando rogatus ab vno è diſcipulis ſuis, vti reuelare vellet, qui ſnam ille eſſet, quocũ indies tractare & colloqui videbatur, reſpõdit. Quandoqui dẽ finis vitæ meæ in propinquo eſt, Fili mi, non conuenit,

Malac. 3.

Angeli cuſtodis cum Religioſo familiaritas.

Exẽplum Guthlaci, quem Angelus viſitabat.

Surius 11. April.

uenit, me diutius ſecretum hoc fraternitati tuæ abſcondere: ſcito igitur, me ab ea hora, quâ eremiticam ſolitudinem primum auſpicatus ſum, quotidie manè & veſperi frui ſolitum præſentia Angeli, à quo cæleſtibus ſolatiis in omni tribulatione & anguſtiâ recreabar: hic prędicere mihi futura, reuelare abſentia, reſerare arcana ſpiritualia; ſed amabo, nè cuiquā dixeris, priuſquam anima mea è corporeo hoc ergaſtulo emigrarit.

Incitat præterea cuſtos Angelus Religioſum ſibi commendatū, vbi occaſio prouocat, ad maiorem perfectionem; ideoque Sanctus Paphnutius (vti Surius ſcribit) per Angelū manu apprehenſus, & ſupernis rationibus commotus fuit ad martyrium; ita vt diſparente Angelo, plenus ſupernis inſpirationibus ſolatiiſque vltro ſeſe Arriano Iudici exhiberet dicens: Ego Paphnutius nomine Catholicus ſum, & Tibi me ſiſto, vt tormentis carnificum tuorū promouear ad coronam martyrii.

Angelus ad perfectionem incitat.

Exemplū Abbat. Paphnutij. Sur 28. April.

Vacillātes confirmat.

Exēplum Laſſardi Vinc. in ſpec. hiſt.

Et ſi quis fortè Religioſus in vocatione ſuâ vacillet, à cuſtode hoc iuuatur & confortatur. Refert Beatus Vincentius Germanum quendam Monachum Ciuitatis Colonienſis, Laſſardum nomine, conuerſum, cum curam aliquantiſper habuiſſet clauium cęnobii in quo habitabat, in ſenectute tandem tentatum fuiſſe à dœmone peccato ſuperbiæ, vt diceret intra ſe: Ego iam conſenui, & quanquā nobilibus parētibus oriundus ſim, conficior tamen in clauſtro hoc laboribus monaſticis, & aliis inſeruio, qui alioquin frui poſſem iuxta libitum meum ſeruitio aliorum: Ibo potiùs, & vel in graui ſenio toleratas hucuſque moleſtias extra monaſterium compenſabo. Dum igitur nocte quadam experrectus decerneret mox illuceſcēte aurora cœnobio egredi, venerandi aſpectus virū vidit, qui nutu ſuo hortari eum videbatur, ſurgeret, ſeque anteeuntē ſequeretur; quare indutis veſtibus eum proſecutus eſt vſq; ad portam Eccleſiæ, & hinc ad oſtium cæmi-

cæmiterii quæ vltro ipſis aperta sũt. Hîc Laffardus obſtupefieri;& multò magis vehementiuſq;, vbi Cæmiterium ingreſſus, ſenſit aperiri ſepulchra,& iuxta vnũ eorũ huiuſmodi ſibi verba ab Angelico ductore dici: Viden' Laffarde hũc hominẽ?propediẽ talis & ipſe eris; dic ſodes relictâ clauſtrali requie quorſũ tendis? cum autem ad alia quoq; contẽplãda cadauera Angelus eum ducere niteretur, Laffardus ſecundum omnia viſcera attonitus & conturbatus exclamare cœpit: dimitte me, Domine obſecro, dimitte me, infirmior ſum, quam vt diutius oculis meis tantam ſpurcitiem ac fœditatatem vſurpem. Mox pœnitentia ductus, quod Monaſterio egredi deliberaſſet, portas Templi ac cæmiterii claudi vidit, & Angelus eo ad dormitorium reducto diſparuit.

Angelus propter exiguam ſæpe leuitatem à magnis beneficiis abſtinet.

Caueat itaque Religioſus, nè tam fauorabilem Angeli Societatẽ peccatis ſuis deſpiciat, cũ ſæpè cõtingat vt occaſione leuitatis aut locutio-

nis

nis fortè minùs circumſpectæ & otioſæ præclaris ipſi⁹ beneficiis priuemur. Vnde legimus in vitis SS. Patrum, Senem quendam ac ſanctum virum conſpexiſſe, Angelos hilari ac ſereno vultu adſtantes, ſicubi Monahi ſermonem miſcebant de rebus ſpiritualibus; ſi autem de rebus vanis & inutilibus loquerentur, recedentes, indignâteſque, & ſuccedentes in locum ipſorum atros dæmones, qui ſub ſpecie ſpurcorum animalium circumeuntes, impuras cogitationes eorum mentibus adhalabant. Rurſùs quamprimum reſumerent mentionem Dei & ſanctarum virtutum, reuerti ſolitos cuſtodes Angelos, & profugatis immundis ſpiritibus, abluere Angelicâ manu omnes maculas, quas incauti fratres ex commercio infernaliūm beſtiarum conceperāt. His porrò viſis ſanctus ſenex altiſsimè nec ſine lachrymis per Monaſterium vociferabatur: Cauete dilectiſsimi mei, cauete à multiloquio, fugite ſermones vanos, otioſos, & infructuoſos: cuſtodite

Vid. Patrum li. Exemplorum, Exemplo 4.

dite linguam, cuius iniquo vſu euacuatur anima, & ſpoliatur fauore Dei: fugantur cæleſtes Angeli, & accerſuntur infernales diaboli, qui animam veſtram abominabili impuritate contaminant.

QVAM ANGELIS CHARI *ſint; qui graue aliquid patiuntur amore Dei.*

In quarta claſſe hominum, qui peculiari cuſtodiâ ab Angelis muniūtur, ij ſunt, qui patiuntur amore illi' qui tantum pro ipſis paſſus eſt: de inuſitato autem erga hos Angelorum fauore omnes ſcripturæ & hiſtoriæ loquuntur: ideoque enumerabimus exempla aliquot, & primū de pueris Hebræis proiectis per Nabuchodonoſorem in fornacem ardentem; hi quippe liberati fuerunt de violentia flammarum ab Angelis, qui eo tempore in gratiam ipſorum ſex miracula perpetrarunt. Nam primò lucebat ignis, at minimè eos combuſsit: ſecundò deuorauit miniſtros Regis qui fornacem ſuccendebant:

Apparitio Angeli in fornace Babylonica.
Dan. 3. Vide Perer. ibid.
Sex miraculoſa beneficia

Angeli erga pueros in fornace Babylon. bant: Tertiò, non læsis puerorum veſtibus, abſumpſit vincula, quib. iidẽ antequam inicerentur ligati erant. Quarto in medio flammarum reſpirabant, loquebantur, & exaltabant Deum: & quod miraculoſius omnes eaſdem ſententias & verba eadem pronunciabant. Quintò, ipſe Angel⁹ humanam præ ſe ferẽs ſpeciem cum illis denſiſsimas inter flammas gradiebatur. Et omniũ quidẽ opinione iã redactos in cinerẽ, ſed ſuperſtites recreabat, ſextò vice ignis excitauit *ventũ roris* ſuauiſsimũ, quo æſt⁹ illi⁹ amœniſsimũ in modũ tẽperaretur.

S. Agatha. Vi. Breu. Rom. Et hinc fortaſsis fiduciã concepit B. Agatha, quando freta fortitudine Angeli cuſtodis, Tyrãnum qui ignibus illam cruciare decreuerat, irriſit dicens: *ſi ignem adhibeas, rorem mihi ſaluificum de cælo miniſtrabunt Angeli.* Imò beneficia, quę ab Angelis in eos conferuntur, qui afflictionem aliquam propter Deum ſuſtinent, debentur illis quodammodo titulo iuſtitiæ: hoc .n. ſenſu de ſeipſo dicit Daniel in Lacu Leonum conſtitut⁹,

Miſit

Miſit Deus Angelum ſuum 4. conclu- ſit ora leonum, quia coràm eo iniuſti- tia inuenta non eſt in me. Cap. 6.

CAPVT. VII.

ANGELVS ETSI NON deſerat nos vbi delinquimus, liberalior tamen eſt erga iuſtos quam peccatores.

QVOD potiſsimum ad Angelorũ nos amorem inflãmare debet; amãt etiam inimicos ſuos, & homines defendũt etiã vbi hi ab eorum tutelâ diffugiũt. Næ fidos amicos quorum amor odiis noſtris nec extinguitur, nec refrigeratur: cãdidos defenſores, q. ſalutẽ noſtrã ſollicitiùs q̃ nos ipſi, ꝓcurant, & quando nos eam in periculo conſtituim' per peccatũ, illi interiùs illuminando, & iratum Dominũ ad clementiã flectendo conſeruant. Sic legimus in Zachariâ Angelum defendiſſe ſacerdotẽ illũ à Dœmone, qui ob perpetrata ſcelera grauibus eum modis excru-

Zach. 3. excruciabat, *Et oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotem magnum ſtantem coràm Angelo Domini.* Atque
Baſil. conc. 9. in Pſ. 33. hęc veritas, quod homo tametſi peccet ab Angelo cuſtode non deſeratur, communiter à Doctoribus recepta eſt. Et quanquam peccatum, inquit Baſilius, inſtar fumi ſit, quo apes diſsipantur, & mali odoris, quem columbæ refugiunt, vnde iuſtiſsimo titulo ab Angelo derelinqui poſſes, vt qui tàm incultum hoſpitium ei præparare non metuis: nihilominus non deſerit te: imò fumus peccatorum tuorum viuas lacrymas ex oculis eius elicit: tali quippe metaphophorâ explicat Scriptura diſplicentiam, quam de tuis ſceleribus experitur, dicens, *Angeli pacis amarè flebant.* Notandum interim, etſi ab Angelo poſt peccatum non penitus deſeraris, non tamen adeò beneficum illum ſe tibi præbere, vt antea.

Duplex diſcrimẽ inter cuſtodiam Differentia enim inter vtramque cuſtodiam ante & poſt peccatũ duplex eſt: Prima: quod Angelus primò aſsiſtebat dexteræ tuæ tamquam

loco

loco honoratiori digniorique: poſt peccatum autem Angelo diſcedente ſuccedit in vices ipſius Diabolus, & poſſeſsionem animæ apprehendit, quemadmodum in Zacharia miſero illi Sacerdoti eueniſſe legim⁹, quem à dextris poſitus Sathanas grauiſsimè accuſabat. Conſidera nunc ingrate peccator, quàm iniquis modis cuſtodi tuo Angelico reluctêris: pudeſias, inquam, atque erubeſce, qui tantam ipſius benignitatem cernis, vt malit maledicto dœmoni loco digniore cedere, quam prorſùs tui ſeſe curâ exonerare. Et hæc conſideratio tantum apud pleroſque momentum obtinet, vt ſufficere ipſis videatur ad emolliẽdum cor in malo obſtinatiſsimum. Secunda inter cuſtodiam Angelicam Iuſti & peccatoris differentia in hoc verſatur: quod Angelus, tametſi non omninò peccatorem deſerat: recedit nihilominus ſecundum aliquam partem, & multum de priſtino benefaciendi more remittit, vt grauibus verbis docuit aliquando S. Baſilius ad verſicu-

Angelicã hominis Iuſti & peccatoris.

Angelus benignior erga Iuſtum.

Baſil. hõ. 10. Pſ. 37.

ſiculum Pſalmi trigeſimi ſeptimi, *Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Qui prius*, inquit ille, *amici & omni tempore familiares fuerunt, de longè ſteterunt, mecum viuere nolentes, eminùs flentes, Iſti Angeli ſunt boni & miniſtri Dei, & iuxta peccata ipſius Dauid ad tempus receſſerunt aduerſantes, non tamen ipſum penitus reliquerunt, eminus flentes, ait enim, Aduersùm me appropinquauerunt, & ſteterunt*. Quoniam Angelo, vt ita loquar, vires ſuę per peccatum tuum diminuũtur: ſic Chryſoſtomus; ſic cæteri Doctores intelligũt locũ Ieremię, vbi inter ſe colloquũtur Angeli, *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, relinquamus eã*. Et quãdo Deus ꝑut in Eſaiâ legitur, interminatꝰ eſt Ieroſolymę, ſe in vltionem peccatorũ, quæ inibi perpetrata fuerãt, ſublaturũ ſepem, *Aufferam ſepẽ* &c. cuſtodiã Angelorũ intellexit, & merito, inq̧t Gloſſa, quia Prouidentia diuina maior apparet ac peculiaris erga iuſtos, velut

Ierem. 51.
Eſa. 5.
Vid Ianſ. c. 71. Cõc. Euang. Bãn. 1. p. q. 113. a. 2

lut Theophilactus & alii quidã ſcribunt, cum ea q̃ chariora nobis ſunt, maiore identidem diligentia cuſtodiantur. Vnde qua ratione à peccatore proprius Angelus cuſtos refugit; ita è contrario præter proprium Angelum alii quoque, vt doctoribus quibuſdam placet, ad cuſtodiam viri iuſti concurrunt; ſiue vt ei in arduo aliquo negotio adiumento ſint; ſiue vt in periculo conſtitutum præſentius tueantur. *Toſtat. q. 66. 1. 8. 18. in Matth.*

Atque hoc idem Angelus promiſit Sacerdoti illi, vt in Zacharia legimus: *Si in viis meis ambulaueris, & cuſtodiam meam cuſtodieris, dabo tibi ambulantes de iis, qui nunc aſſiſtunt*; id quod experimento didicerunt ſibi eueniſſe Iacob & Elyſæus, qui ipſi ad defenſionem ſuam integra Angelorum agmina properare conſpicati ſunt. *Riber. c. 3. Zach.* *Varia appariтiones Angelor.*

Libro ſecundo Machabæorum legitur, duos Angelos medium tenuiſſe Iudam, & plurima in hoſtes ipſius iacula contorſiſſe.

Vnde

Vnde non abſque cauſa cecinit Regius Pſalmiſta de iuſto, *Montes in circuitu eius: Montes*, id eſt, *Angeli*. Sic Auguſtinus. Sanctus Nicolaus quoque vicinus morti vidit ad protectionem ſuam complures Angelos delabi de cælo. Imò etiam ſentit Doctor Angelicus, ijs, qui ad altiorem gradum gloriæ deſtinati ſunt, ſiue vt alii loquuntur, conſtituti in maiore gratiâ aſsignari ad cuſtodiam Angelos eiuſdem hierarchiæ excellentiſſimos. Quocirca animaduertendum, cum in quolibet Angelorum ordine iuxta doctrinam Dionyſij Areopagytæ ſupremi, medii, & infimi ſint, hos taliter inter ſe differre, vt vnus ſemper maioris ſit excellentiæ quã alter; cui oportunè adiicit Sanctus Bernardinus Senenſis, ſecundum Angelum decuplo excellentiorem eſſe primo, & tertium decuplo digniorem ſecundo, & ſic deinceps.

Pſ. 124. Aug. ib. S. Tho. 1. p. q. 113. a 2. Bonn. ib. Toſtat. q. 66 in c. 18. Mat

Ber Se nenſ To. 4. ſer. 19

Vnde de ſanctâ Franciſcâ Romanâ commemorari ſolet, cuſtoditam eam fuiſſe à quodam Archãgelo, ab eoque nullo temporis momento derelictam

In eiuſd. vitâ.

relictam, ſed tanquam magiſtro vti illo conſueuiſſe, qui eam, vt piè creditur, cæleſtib⁹ myſteriis imbuebat. Et præter hunc alium quoq; Angelũ habuit ſancta vidua, quaſi ti chori, raræ pulchritudinis, conformem primo, qui continuo ſplendore vultum illi⁹ mirificè illuſtrabat, & recreabat. Quomodo autẽ primũ ordinariè cernebat manus complicantem in formam crucis, ita alterum manibus ferentem triplicem palmę ramum deauratum, & ambos oculis in cælum ſublatis, capillis aureis, & facie multo clariſsima, ex quo colligere eſt, quantum meritorum cumulum ſancta hęc Franciſca coaceruarit.

CAPVT VIII.

GENTILIBVS, PAGANIS, & cuiuſcunque religionis aut ſuperſtitionis cultoribus ſingulis aſſignari à Deo ad cuſtodiam aliquem Angelum.

LIBERALITAS hęc Dei aſsignantis vnicuique proprium

Cuſtodem Angelum non vtique Catholicæ & Chriſtianæ Religionis terminis conſtringenda, ſed vlteri⁹ extendenda eſt ad Ethnicos & Hæreticos, quos ſimiliter diuina Miſericordia voluit, per proprios Angelos defendi & cuſtodiri. Quin ipſe AntiChriſtus, vt S. Thomæ & Alenſi placet, munietur cuſtode Angelo, qui impedimento erit, quo minùs ad maiora mala manum extẽdat. Quod autem Gentiles, Idololatræ, & cõſequenter cæteri Angelis cuſtodibus ſtipati ſint, perſpicuè teſtatur Propheta Daniel. Cum enim tribus ſeptimanis in continuò propè planctu ac ieiunio decubuiſſet, Deo ſupplicans, vt populum ſuum è captiuitate Babylonicâ liberaret, Angelus ipſi apparuit, & quidem ſi Caſsiano aliiſque Doctoribus creditur, Gabriel, dicens. *Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuũ ad intelligendũ, vt te affligeres in cõſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos: Princeps aũt regni Perſarũ mihi reſtitit.* Quis Princeps Regni

S. Th. 1. p. q. 113. & 2. ſent. d. 11. Aleſ. 1. 2. q. 41. m. 4. a. 4. Ægyd. in 2. d. 11. q. 1. a. 2. Rich. & alij ibid. Dã. c. 10. Caſſ. col. 8. c. 13. Perer. ib.

Perſarũ? inquit Greg. Angelus bonꝰ ꝗ præſidebat Perſię, tãetſi hæc hominibꝰ ſceleratis & idololatris redundaret. Cęterũ Angelꝰ hic Perſiæ, reſtitit Archãg. Gabrieli, ꝗa Deus volũtatẽ ſuã nõdũ expreſſerat. Vnꝰ liberatione populi Iſraelis vrgebat, tũ quia ꝑiculũ erat, nè quidã illorũ malo idololatrarũ exẽplo cultũ veri Dei deſererẽt, tũ quia multorũ innocẽtia & ſanctitas huiuſmodi ſupplicũ minimè cõmerebatur. Alter nimirũ Angelꝰ Perſię retardabat, ꝗa moribꝰ & cõuerſatione ſancti illius populi multi Perſæ alioquin infideles & Idololatrę ad verã fidẽ cõuertebãtur. Atq; ita precibꝰ & oratione ſuâ à Deo obtinuit, vt liberatio Hebræi populi viginti & vno diebus procraſtinaretur.

Gr. l. 17. mor. c. 8. Theo. in c. 10. Dã. V D. Th. a. 1. q. 113

Sancta contẽtio inter Angelũ Perſia, & Angelũ Populi Hebræi.

V. Perer. c. 10 Dã. Virg. ad c. 12. Apoc. comment. 1. ſect. 1v

CAPVT IX.

QVAM NECESSARIA NObis ſit cuſtodia Angelorum.

VSq; adeò natura ꝑ peccatũ debilitata eſt, vt niſi Creator Deus peculiari eã auxilio ſubleuaſſet, ꝓrſus defeciſſet, nũquã finẽ conſecra-

tura, propter quem Deus ad imaginem ſuam illam condiderat. Quare ſi prolixo diſcurſu interiorem hanc debilitatem noſtram, & externam inferorum hoſtium reſiſtentiam cōplecti vellem, nullum dicendi finem aſſequerer. Tantum igitur perpaucis quibuſdam ſimilitudinibus declarabo, quanta nobis infirmitas ex peccato acciderit; quia hac intellectâ facillimè cognoſcetur, quàm neceſſe habeamus auxiliis diuinis, inter quæ non in infimo gradu reponendum eſt miniſterium Angelorum.

Miſeria hominis poſt peccatum.

Alexander Alenſis ſeptem miſerias ad nos defluxiſſe ex peccato notat ex morali commentario Beato Gregorio in Iob capite primo. *Homo*, inquit ille, *per peccatum cecidit in ſeptē miſerias, quæ ſunt, ſtultitia, hebetudo, Præcipitatio, timor, ignorātia, duritia, ſuperbia. His debilitata ſunt potētiæ motiua & cognitiua.* Quāquam verò multi alii Sancti conſiderando infœliciſsimam humanæ Naturæ conditionem poſt

pec-

peccatũ, mille alias miſerias obſeruarint; os tamen aut certe maxima earũ pars ad ſeptem antedictas quaſi caput & fontem cæterarũ reducitur

Atque vt à primâ initiũ ſumatur, quę ſtultitia excogitari poteſt enormior noſtrâ ſenſualitate? nã leuiſsimi cuiuſq; doloris aut difficultatis vitandæ causâ, mox vbi ab obiectis apparenter tantùm deſiderabilibus ſeſe inuitari ſentit, ſenſib⁹ deditur, & quâ præcipitantiâ eſt, in manifeſtiſsimam ruinam ipſam pariter Principem Rationem deuoluit. Ideoque non immeritò comparari poteſt cum equo teneri morſus, qui priùs generoſo bellatori in prę-lio obſequens, ſi deinde ab hoſtibus intercipiatur, non ſecus ab his, quàm ante à Domino ſuo circumagitur in omnem partem, ita vt qui illi inſidet, in medias hoſtium acies miſerabiliter inferatur.

Prima miſeria Stultitia.

Comparatio elegans.

Altera miſeria eſt debilitas q̃dã ſiue obſcuritas intellectus; aliquando enim, ſcribit Gregori⁹, dũ ſublimia intelligẽdo in elatione ſe anim⁹ erigit,

Altera miſeria obſcuritas intellectus.

git, in rebus imis & vilibus graui hebetudine pigreſcit. Quamobrem ex naturali ſiti, q̃ omnes in nobis experimur ſciendi & intelligẽdi, ꝓuenit; vt dum animum ad altiſsimorũ fidei myſteriorum contemplationẽ maximè erigim⁹, eouſq; ſæpè ꝓpter intelligẽtiæ imbecillitatẽ in lutum ſenſuum prolabamur, meritò vt exclamare liceat cum Prophetâ, Adhæſit pauimento anima mea.

Tertia imbecillitas partis inferioris.

Altera, nimirum infirmitudo partis inferioris, tertio loco inter miſerias noſtras à S. Gregorio connumerata omnino ſimiles reddit mortales Domui, quæ ſpectabili artificio intus foriſque ædificata, fundamentis tamen caret, vti illa quam Dominus in Euangelio conſtructam fuiſſe ait ſuper arenam. Vnde totâ quidem æſtate conſiſtere poterit, quando & pluuiæ rariores ſunt, & flumina placidioribus labũtur vndis, & venti miteſcunt: Appropinquante autem hyeme, erumpente tempeſtate ventorum & imbrium, exundantibus fluuiis, ecce ibi

Comparatio sũpta ab ædificio.

male

malè fundatum ædificium rimas ducit, & continuo in irreparabilem ruinam diſſoluitur. Talia ſunt ædificia conſcientiarum noſtrarum, quæ tametſi variis virtutib⁹ ornatæ ſint; nihilominùs quia fundantur ſupra debilitatem partis inferioris, quæ perpetuæ commotioni obnoxia ſemper ad ruinam propendet; hinc deplorando ſæpè caſu colliditur. Atque hoc ſignificaſſe videtur Iob, cum diceret, *Ecce qui ei ſeruiunt, nõ ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem, quantò magis hi qui habitant domos luteas; qui terrenum habent fundamentũ, conſumentur velut à tinea?* vbi S. Gregorius, poſtq̃ diſſeruiſſet de naturâ Angelicâ in ſeipsâ mutabili, ſubiicit: *Luteas quippe domos habitamus, qui in corporib. terrenis ſubſiſtimus. Quæ bene Paulus cõſiderãs ait, habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus & rurſùm, Scimus quia ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domũ non manufactã.*

Iob. 4.

Greg. 5. mor. c. 27

Terrenum quoque fundamentum eſt ſubſtantia carnis, quod in ſe ſollicitè Pſalmiſta conſpexerat cũ dicebat: Nõ eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto. & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.

Quarta ſuperfluus timor. Quarta in ordine miſeriarum noſtrarũ eſt ſuperfluus timor. Quinta Ignorantia. Per illã comparari poſſumus equo meticuloſo: per hanc equiti inter hoſtes inermi. *Similitudo eq. vmbratici.* Equus ſi meticuloſus eſt, arma ſeſſori militi parum aut veriùs nihil ꝓſunt, quia is calcaribus incitatus tamdiu huc illucque refugit, donec fræno excuſſo, equitem in terram proſtrarit: Idẽ ſi vmbraticus, ad primum ſonitũ tubæ bellicę, ad primũ armorũ ſtrepitum, ad primũ pugnæ impetũ, illico retrocedit, nec vllis aculeis ꝑmoueri poteſt, vt antrorſũ ꝓcurrat. *Quid .n. aliud eſt animale noſtrũ in nobis ſiue caro quã equus vmbraticus, adeò reformidãs aſpera, quæ pati nõ cõſueuit, vt pro illis euadendis nulla diſcrimina expaueſcat, imò ad illa plerũq; tãquã ad tuta refugia confugiat; interdum:*

terdum etiam quæ aſpera non ſunt, & quæ omninò nihil habent periculi expaueſcit præ inſania, & nec verberibus nec ſtimulis, vt illis propinquet, induci poteſt. Hoc eſt quod legitur in Pſalmo, Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Quid autem ſpiritus in nobis aut mẽs, niſi ſeſſor huius equi inſidẽs, & plenam coerctionem ipſius omninò non habens? Ab altera parte ſi eques inermis, tametſi equus peritiſsimâ manu inſtructus ſit; nihil proficitur. Imaginemur nunc ſeſſorem à vertice ad plantam vſque prorsùs inermem ſupra equum meticuloſum ſiue vmbraticum. Tales profectò nos ipſi ſumus propter infœlicem copulationem, miſeriæ, timoris, & ignorãtiæ: Illa ad ſingulos paſſus animam noſtram timoris vanitate retardat: hæc nimirum ignorantia, inhabilem reddit, quo minùs ſe aduerſus inſidias inuiſibilis inimici præmuniat, qui mille ſtratagematibus doliſq; tam fraudulenter ſubinde intercipit nos, citius vt circumuenti & victi quàm prouocati videamur. *Quinta ignorantia.*

 Sexta

Sexta miſeria reputatur à S. Greg. ſtoliditas quædam ac duritia cordis noſtri prę qua ꝓpriam ſalutem quaſi ſtudioſè negligim⁹ & aſpernamur, ſimiles videlicet equis duri & calloſi oris, qui aſperitatem iniecti ſibi fræni non ſentiunt; ideoq́; ſi contingat eos aliquando exerceri in cãpo, tanq̃ à fræno ac lupato liberi, effuſiſsimè & manifeſto periculo ſeſſoris excurrunt: *Ex hac enim peruerſitate* inquit Guilielmus Epiſc. Pariſienſis, *laborat animale noſtrum, ſicut & omnibus peruerſitatibus vitiatorũ equorum, dum enim fræno diſciplinæ auerti non poteſt à concupiſcentiis & aliis periculis, ipſum ſeſſorem ſpiritũ dat in medios hoſtes. Seſſor enim inſidens equo oris duri, quaſi captus eſt: cum enim freno non pareat, vt auertatur à periculo, & ſeipſum & ſeſſorem ſuum dat in hoſtium captionem. Quidam enim adeò tardi ſunt declinare à periculis, vt prius quàm velint mouere pedem à loco diſcriminis præda hoſtium fiant. Propter hoc legitur Eccleſiaſtici*

Sexta duritiès cordis.

Similitudo.

Guil. Pariſienſ. de Reſiſt. & tentat.

ſtici tertio, Qui amat periculum, in illo peribit.

Non iniuriá igitur appellares hominem quoad affectum erga res ſenſibiles equo teneri oris ſimilẽ, vt ſuperius probatum eſt; quoad curam vero propriæ ſalutis durum corde, nec diſsimilem equo calloſi oris & obſtinato.

Septima ſuperbia.

Septima deniq; prædictis omnib. grauior damnoſiorq́; eſt maledicta ſuperbia, vnicum illud infinitarum perturbationum & periculorum animæ humanæ principium. Hâc inflamur & intumeſcimus ſupra nos ipſos; hæc in conuerſatione intractabilem grauitatem oſtentare docet, & in colloquiis ſeueritatem, quæ conditioni noſtræ non congruit: hæc diſſoluit & incitat ad mille leuitates, omniaque talibus perſonis quales nos ſumus licere perſuadet: ſuggerit concept⁹ ac verba quibus facta & virtutes proprias celebrantes, celemus vitia: & ſicubi ignominia noſtra detegitur; vehemẽtiſsimum timorẽ

incutit, nè aliquid de æſtimationis integritate perdamus. Hæc denique ſuſcitat intra nos ipſos ſubinde partem iraſcibilem, aliquando concupiſcibilem aduersùs rationem, & inter commotas paſsiones, mille rixas ac contentiones diſſeminat.

Hæ igitur ſunt miſeriæ, in quas homo poſt peccatum perpetratum prolapſus eſt, adeò ſingulæ ſecundũ ſe graues & intolerãdæ, vt vnaquęq; hominẽ miſerabilẽ poſsit reddere, & Angelicæ cuſtodiæ expetẽdæ neceſsitatem illi imponere. Cæterum quo ſenſu ſimus, quando ſupra dictas, & innumeras alias miſerias quæ prætermittendæ fuerunt, ſeriò contemplamur?

Similitudo explicans miſeriã humanam.

Imaginetur quæſo vnuſquiſque, videre ſe in periculoſo ſtatu poſitũ Regem aut ducem aliquem, circumuentum rebellibus ac ſeditioſis ſubditis, totum inermem, nec veſtitum niſi lineo & ſubtili induſio, inſidentem equo aut valdè delicato ac facili, aut nimium duro, vmbratico, meticuloſo, & obſtinato; & in

& in campo quidem paluſtri ac lubrico. Quo pacto hic ſperare præſumeret, ſe de manibus circumfrementium inimicorum, niſi cælica ſolius Dei ope, ereptum iri? Et tamen omnes prô dolor, ad huiuſmodi anguſtias redacti ſumus, vt qui à ſtultâ, cæcâ, præcipiti, timidâ, ignorante, effræni & rebelli ſenſualitate, non tantùm crebrò ac periculoſè ſeducimur, verùm etiam prodimur copioſiſſimo exercitui externorum hoſtium, qui naturâ non minus ferox quàm fortis, niſi potentiore dexterâ refrænaretur, (tantam vſque ab exordio Mundi aduerſus nos indignationem concepit) vniuerſam hominum progeniem ad infernum detraheret.

Alia eodem tendens. Eundem hunc ſtatum multò miſerrimum ad viuum delineauit Pariſienſis aliâ comparatione ſumptâ à Regno aut ciuitate obſeſsâ à numeroſo exercitu, & intus plenâ factionibus, conſpirationibuſq; contra perſonam Regis, nec defensâ niſi à debilib. & faucijs militibus, ijſque

pauciſſimis: Talis quippe ciuitas minimè conſeruari poſſet, niſi implorată potentiſſimi Regis ope: cui ſponte ſeſe, vt perpetuò tributariā ſubiugaret. Et perſpicuè tamen liquet, animam noſtram potentiſſimo exercitu cinctam eſſe, & infatigabiliter impugnari. *Non habemus* (inquit Apoſtolus) *colluctationem aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Mundi Rectores tenebrarū harum.* Verum eſt præterea, hoſtes hoſce intra ciuitatem animæ fouere proditores ſuos, vnde Paulus
adGal.5. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Verum tertiò, Partem noſtram rationalem valdè debilem eſſe, vt ſuperius demonſtratum: quæ cum ita ſint, ſequitur cuſtodiam Angelorum plus quam neceſſariam nobis eſſe, iiſque incomparabiles agendas gratias, vtpotè ſapientiſſimis & potentiſſimis protectoribus noſtris, qui ignorantiam & imbecillitatem humanam cœleſti illuminatione & virtute compenſant.

Neque

Neque hoc ſolum, ſed inſuper præ veteri malignorum ſpirituum odio cum ijſdem congrediuntur, quandoquidem lex Charitatis præcipit, pauperi ac debili ſuccurri à diuite & robuſto, & debita rerum diſpoſitio exigit teſte Eccleſiaſtico, vt ſit *contra malum bonum.* Horſum interpretatur ſanctus Hieronymus textum Abacuc, *ſuperinduxiſti in mari equos tuos conturbantes aquas multas* (ita videlicet ſeptuaginta legunt, quod in vulgari verſione habetur, *viam feciſti in mari equis tuis in luto aquarum multarum*) deſignans nomine equorum Angelos ac virtutes cœleſtes, per mare verò, præſentem mundum, & per aquas dæmonẽ cum toto qui reliquus eſt infernalium poteſtatum exercitu. Porrò multi Patres de defenſione hâc Angelicâ intelligi volunt locum Apoſtol. Ioan. in Apoc. *Factũ eſt præliũ magnũ in cœlo, Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius,* cuius rei notabile exem- Abac. 3. Apoc. 12.

exẽplum ſuppeditat nobis Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus in Prato ſpirituali (qui liber apud Concilium Nicænum ſecundum in maxima æſtimatione fuit) de Abbate Theodoſio, qui de ſe teſtabatur. Antequam ordirer vitam ſolitariam, raptus fui die quadam in Ecſtaſin, & vidi hominem mira ſpecie, cuius claritas multis partibus candorem ſolis exuperabat: hic dexterâ me apprehendens, veni inquit, quia in arenam tibi diſcendendum eſt, vt dimices: atque hæc dicens introduxit me in Theatrum immenſæ amplitudinis, quo circumſpecto, vidi ab vnâ parte multitudinẽ hominum qui albis induti erant, ab alterâ exercitum non minorem, veſtitum nigris, & interea vir quidam inuſitatæ magnitudinis procurrit; cuius horrendus vertex nubes penetrabat. Mox iuuenis, ſiue Angelus cuſtos (hunc quippe fuiſſe crediderim) qui principio apparuerat. Age Theodoſi, inquit, hoc cum Antagoniſtâ in præſens tibi pugnandũ eſt.

Theodoſius Abbas pugnã init cum dæmone.

Prat ſpiritual. c. 66.

Lippom. in præfa. ad Prat ſpiritual. Secund. Synod. act. 4.

Ego

Ego igitur quem vel aſpectus terribilis gigantis exanimaſſet, pauere ac trepidare, & clariſſimum iuuenem, à quo in palæſtram illam deductus fueram talibus verbis flectere & exorare aggreſſus ſum. Quis quæſo mortali circundatus infirmitate cum eiuſmodi Aduerſario confligere præſumat? ſi omnium hominum vires in vnum conflarentur, næ vel leuiſſimum illius ictum eluderent. Imò verò reſpondit inuictus Angelus pugnare te volo & iubeo, quocirca præſto ſis, & ſpem concipe, quia mox ad pugnæ initium ſuccurram tibi, ac demum confecto prælio, & partâ victoriâ, caput tuum præparato cœleſti diademate coronabo. Vt primum igitur certamen auſpicatus fui, nobiliſſimus contentionis noſtræ iudex ante me ſtetit, & coronam impoſuit. Tunc vniuerſa illa atrorum ſpectatorum acies fremendo & vlulando diſparuit, remanente ſolùm alborum cætu, qui infinitas laudes Protectori meo pro cœleſti ſuccurſu & victo-

Moyſes Abbas vehemẽtiſſimam tentationẽ vincit.
Pratum Exẽpl. 6.
Iob. 40.

victoriâ ipſius auxilio reportatâ occinuit. At maiorem audaciam ac fortitudinem exeruit idem diabolus contra Abbatem Moyſen, qui multis annis in eremo ſanctiſſimè tranſactis, ſemel tãdem in ſpirituali pugnâ tàm acriter ab eo tentatus fuit (de cuius incredenda audaciâ non immeritò ſcribit B. Iob, *Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius)* vlterius vt ei ſe reluctari poſſe vir ſanctus diffideret, vnde de momento in momentum metuens, nè infatigabili Tartarei hoſtis impetu frãgeretur, quaſi deſperabundus per ſolitudinem diſcurrebat, donec diuinâ prouidentia incideret in cellam Abbatis Iſidori, cui non ſine lachrymis aperuit violentiam tentationis ſuæ, & quam omnis conſilij expers eſſet, quo fortiſſimum tentatorem reprimeret. Ad hæc Iſidorus in preces ſeſe dare, & Deum flectere, vt ſeruum ſuum, à tam potenti ac pertinaci

tinaci aduerſario liberaret; cùm igitur bono temporis ſpatio orationem perpetuaſſet, erigens ſeſe, præcepit Moyſi, tectum cellæ conſcenderet, & oculos conijceret in occidentem: paret ille, & ecce tibi infinitam multitudinem diabolorum conſpicit, qui omnes implacabili ſuccenſi irâ, ignita in eum iacula contorquebant: quare horrendo ſpectaculo conturbari cœpit, & altiſſimâ voce ad Deum exclamare pro diuino auxilio, quia impoſſibile ſibi iudicabat lethifera nequiſſimorum ſpirituum tela eludere. Sed Iſidorus Abbas confortans eum, nè timueris inquit, Frater mi, propter ea quæ in Occidente conſpicatus es, ſed deinceps ad Orientem reſpice: quamobrem Moyſes vertit faciem, & vaſtiſſimum exercitum Angelorum conſpexit, qui ſole ſplendidiores ad hoc ſolùm armati apparebant, vt milites CHRISTI in ſpiritualibus prælijs tuerentur. Simillima profectò viſio alteri illi Prophetæ Eliſæi, qui ad de-

ad defenſionem ſuam contra Regem Soriæ, qui dæmonem denotat, accelerare vidit de monte equos & currus igneos. Præfato itaque ſpectaculo recreatus Moyſes Abbas ad Cellam ſuam reuerſus eſt, & omnem ab illa hora tentationem vtiq; Angelorum quos viderat præſidio fultus, generoſiſſimè ſuperauit. Vnde rationabiliter cum Doctore quodam affirmare poſſumus terram abundare remedijs, quia plena eſt laqueis, alludẽdo ſcilicet ad frequentiam Angelorum, qui in cuſtodiâ hominum, tot hoſtibus & laqueis expoſitorum inceſſabiliter occupantur.

CAPVT X.

DE VIRIBVS AC DESIDErio, quo *Angeli homines cuſtodiunt, & quàm conueniens ſit, eos vitæ noſtræ & actionebus præſidere.*

PRAEMISSO capite ſermonem habuimus de miſerijs natis ex radice peccati, ex quibus doce-

docebam euidenter concludi, cuſtodiam Angelorũ nobis plus quam neceſſariam eſſe. Nunc operæ prætium me facturum puto, ſi tractatum inſtituam de eorundem viribus, quibus ſeſe ad ſubleuandas neceſſitates noſtras accingunt. Et profectò potentiſſimos, promptiſſimos, celerrimos, ſapientiſſimoſq; & maximè ſalutis noſtræ amantes eſſe oportet, alioquin enim qua ratione humanam debilitatem, & ignorantiam ſubleuarent? Ergò de quatuor hiſce Angelorum perfectionibus, id eſt, potentiâ, velocitate, ſapientia & ardentiſſimâ voluntate mortales adiuuandi breuiter ac dilucide agemus in præſenti capite. *Quatuor perfectiones Angelorum procurãtium ſalutem noſtram.*

Quoad primam, Angelos ſcilicet mille modis ac medijs nos cuſtodire, & in neceſſitatibus iuuare, poſſe, nemini dubium oborietur, qui quidẽ intellexerit quanta ſit virtus & potentia eorum naturalis, tanta nimirum, (paucis efferam) vt ſtrages *Angelorum potentia.*

ges populorum rebellium, deſtru-
ctiones vrbium, tranſportationes
montium ab vno loco ad alterum,
commotiones terræ, detētio ſphæ-
rarum cœleſtium aut factæ legan-
tur, aut fieri potuiſſent citra vllam
fatigationem aut laborem ab An-
S. Tho. 1. p. q. 110. art. 1. gelis. Tantum, docet Diuus Tho-
mas, vnus Angelus poteſt, vt guber-
nare ſufficiat omnes Creaturas cor-
poreas ac materiales totius Mundi,
idque per motum localem dunta-
xat tanquam omnium motuum ali-
orum perfectiſſimum, operãdo ma-
ximè in illis effectus, qui excedunt
vires naturales, & communiter mi-
raculoſi reputantur, nunc per re-
motionem vel debilitationem con-
trarij, & noxij, nunc per aggregati-
onem rerum conformium ac ſimi-
lium, atque ita multifariam Crea-
turas iuxta voluntatem Dei ſubin-
de lædit, aliquando defendit. Sic
in Geneſi legimus tres Angelos
deſtruxiſſe ciuitatem Sodomæ, &
alibi; manu vnius Angeli conci-
ſum

ſum fuiſſe vnicâ nocte totum exercitum Regis Aſſyriorum Sennacherib. Poſſunt pariter Angeli qualitate aliquâ venenoſâ ac mortiferâ quaſi inſtrumento vtendo, ſiue per ſeparationem localem aut diſcontinuationem membrorum diuidere animam humanam à corpore, id quod dæmonibus minimè abs Deo conceſſum eſt, vt apparet in perſonâ Iob, *Veruntamen animam illius ſerua* qu a, quod meritò credi debet, manus ipſis ligantur ab Angelis cuſtodibus, nè nobis pro libitu ſuo officiant. Teſtis huius rei ſit Tobias iunior, quem cum omnes exiſtimarent ab Aſmodæo ipsâ nuptiarum nocte quemadmodum & ſeptem alij mariti ante ipſum, ſuffocatum iri, nihil tamẽ læſus eſt, quia Angelus contraiuit dæmoni, quem deinde etiam in ſolitudine irreſolubili vinculo alligauit. Teſtis præterea ſacerdos ille conſpectus à Zachariâ, quem diabolus tàm fœdè afflixerat, vt ſimilis videretur atro carboni, nec

2. Par. 32 *Iob. 2.* *Tob. 3.* *Zach. 3.*

ni, nec tamen, ceſſabat accuſare & opprimere, quouſque redigeretur in cinerem, niſi Angelus Domini in illius auxilium properaſſet.

Angelorum velocitas. Cæterùm hæc & ſimilia tam miranda & inuſitata facinora quis crederet, quantâ celeritate Angeli exequantur? (ea ſecunda illorum perfectio eſt, ſine quâ impoſſibile foret neceſſitatibus hominum opportunè ſuccurri) quis inquam imaginetur, quanta ſit pernicitas volatus Angelici? volare quippe cœleſtes illas legiones dixerunt ſancti vt quadantenus ſubuenirent imaginationi noſtræ, vnde etiam vt Tertullianus notat, attribuerunt ipſis pennas & alas. *Et volauit ad me vnus de Seraphim*, inquit Eſaias, qui paulò prius ſcripſerat duos ſe vidiſſe, & vtrumque ornatum ſex alis. Quocirca S. Dionyſius Areopagita, non contentus communi conceptu hominum, qui Angelos in mente fingunt ſimiles pulcherrimis iuuenibus iiſque alatis, alas quoque aſcribit illorum pedi-

Tertull in Apol. c. 22.

Dionyſ. de cœleſt. hier. c. p. vlt.

pedibus, velut antiqui Ethnici adumbrabant olim fabuloſum illum Nuntium Deorum Mercurium. Reuera enim omnem imaginationis noſtræ vim celeritas Angelici motus ſuperat; adeoque nobis, qui admiramur velocitatem falconis in aere, pardi in nemore, delphini in mari, pernicitatem ſagittæ & fulminis, nobis qui deficimus in conſideratione circumuolutionis firmamenti, quod intra tempus vnius horæ ſecundùm aliquos tantum ſpacium cõficit, quantum homo, ſi ſingulis diebus quadraginta milliaria decurrens, bis mille, nongentis & quatuor annis in continuo itinere perſeueraret: aut iuxta aliorum calculationem tantum, quantum foret, ſi circulus æquinoctialis orbis terræ millies, octingenties, octogeſies quater reduplicaretur. Nobis inquam, qui expaueſcim⁹ auditâ celeritate dictorum motuum, qui tamen Angelorum velocitate longiſſimè exceduntur, non ſuperſit exemplum aut ſimilitudo aliqua per

quam intelligamus breuitatẽ motus, quo Angelus ad auxilium noſtrum vſque à cœlo empyreo, interuallo videlicet propè infinito delabitur. Quamuis autem multiplices circa memoratam velocitatem opiniones in ſcholis exortæ ſint, omnes tamen Thomiſtæ cum ipſo Angelico Doctore in hoc conſentiunt, quod Angelus diſcedens à ſpatio ſiue ſphæra, quam virtute naturali occupat, vt transferat ſeſe ad aliud ſpatium longè ab illo diſſitum, tanquam ab vnâ prouinciâ admodum remotâ ad aliam, ab Oriente in Occidentem, & ſummatim de terrâ ad ſummum cœlum, mutationem hanc localem perficit tẽpore multò breuiſſimo. Vnde S. Hieronymus in explanatione verborum, *ſequuntur agnum quocunq; ierit*, non immeritò dicere auſus eſt (tametſi hyperbolicè) Angelos præſentes eſſe cuique loco, quia profectò tanta eſt celeritas eorum motus, vt quanquam vno eodemque inſtanti non niſi vno in loco

S. Tho. 1. p. q. 53.

S. Hierõ.

loco verſari queant, poſſint tamen minimo temporis ſpatio realiter & præſentiſſimè omnes Mundi partes percurrere. Tali celeritate credibile eſt, Prophetam Abacuc (niſi fortè membrorum illius quantitas moram aliquam Angelo pepererit) translatum fuiſſe ex Iudæâ in Babylonem, vt Danielem in lacu leonum poſitũ prandio, quod alioquin meſſoribus ſuis præparauerat, refocillaret, tam velociter quippe eo portatus, indidem reuerſus eſt, vt meſſores diſceſſum ipſius minimè notarint, id quod ſcriptura in narratione huius facti luculenter exprimit dicens, *Poſuitque eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui.* Neque verò rebus corporalibus impediri poſſunt, quia ſpiritus ſunt. Imò cum ingrederetur Angelus Domini in fornacem Babylonicam, cui tres Hebræi Principes iniecti erant, non tantùm nihil à flãmis offenſus fuit, ſed produxit etiam in medijs ardoribus ventum roris, qui iuuenes contra ignis æſtum ſua-

Dan. 3.

Angelus transfert Prophetã Abacuc.

Angelus minimè reb. corporalibus impeditur.

uiſſimè refrigeraret. Multò minus impeditur tenebris opacæ noctis; nam qui noctu carcerem, in quo Apoſtoli detinebantur, ingreſſus eſt, eos liberauit, *Angelus autem Domini* (loquitur ſcriptura) *per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit, ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.*

Act. 5.

Nec denique vllius generis obſtaculo eos retardari accidit, quia, quemadmodum in Actis Apoſtolorum ſcribitur, idem Angelus intrauit ianuis clauſis in carcerem, in quo Petrus cõſtrict⁹ erat & portã ferreã, propria vi, nullo vſus inſtrumento aperuit. Hoc docere videtur voluiſſe Propheta quando cecinit. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*, quo textu non tantum dicit, Angelos ad inſtar ventorum velociſſimos eſſe, ſed etiam Deum emittere ad auxilium hominis creaturas nobiliſſimas, ſubſtantias nempe ſpirituales, quibus à corporeis rebus reſiſti nequit: ſed tantummodo ab obſtinatã voluntate hominis, quæ inſpirationibus & conſi-

Act. 12.

conſilijs illorum impiè & perpetuò reluctatur.

Neque dixeris, neceſſitates tuas minime ab illis cognoſci, ſi enim cō ſideremus Angelos quoad ſcientiam ſuam, quæ tertia eorum perfectio eſt, naturaliter dotati ſunt intellectu tàm pſpicaci, & cognitione tàm profundâ vniuerſæ naturæ & creaturarũ omniũ, nihil vt in Mundo cũ materiâ cōiunctum, vel ab eâ ſeparatum, incorruptibile aut caducum, tēpore finitum, aut ſempiternũ ſit, quin intimè ac ſecundùm omnē ſui partem illud intelligant. Vnde non abſq; causâ propter incredibilē intelligendi perfectionem cōmuniter nominantur puræ mentes, & ſimplices intelligentiæ. Cognoſcunt certiſſimè & euidentiſſimè omnia obiecta neceſſaria, eorumq; eſſentias ac proprietates, neq; originem vniuſcuiuſq; per effectus ſuos diuturna ſollicitudine venari neceſſe habent, ſed quamcunq; in rem mentē dirigunt, mox totā eodem inſtanti perfectiſſimè intuentur. Nec tantũ perſpiciẽt *Angelorum ſapientia.* *Angeli cognoſcũt omnes actiones noſtras.*

ſpicit Angelus obiecta neceſſaria, verum etiam omnes actiones noſtras, quæ imperio volũtatis extrorſum prodeunt, & in intellectu ipſi° apparent tanquam in lucidiſſimo ſpeculo; idcircò enim crediderim Angelos aſſimilari ſpeculis illis, quæ in tabernaculo affixa erant non tantum ad ſacerdotum vſum, ſed etiam, vt quidquid in templo rerum agereturr repreſentarent. Nihilominus tamen, licet hucuſque dicta cum veritate conſonent, nõ fuiſsẽt Angeli per naturam ſuam ſufficientes ad cuſtodiam hominum, niſi diuina bonitas, quo certiores redderemur de ſalute noſtrâ, abundantius in illis ſuppleuiſſet, quod deerat. Enimuerò carebant notitiâ humanarum cogitationum, quæ tamen, cum indies machinentur nobis ruinam ſpiritualẽ, ipſis tanquam ducibus ac cuſtodib° noſtris, vt ſecurius per eos ab omni periculo eripi, & dirigi poſſemus in viã ſalutis, reuelari debuerunt, & modo quidẽ prorſus ſupernaturali ac diuino: quia profectò a-

Exod. 3. 8. *Aſſimilãtur ſpeculis.*

liãs.

liàs neq; ex ipſorum, neq; ex noſtrâ parte illis manifeſtæ fuiſſent. Non ex conditione ipſorum, cum enim Angeli ſint creaturæ cõuerſabiles, non conueniſſet illis clara cognitio cogitatuũ cordis noſtri, alioqn ſublatus fuiſſet cõuictus politicus, qui ſubinde exigit hæc vel illa cõſeruari ſecreta. Idcircò Deus ſibi ſoli tanq̃ gubernatori & vniuerſorũ Domino notitiã hanc cogitationum retinuit iuxta cõmunẽ ſententiam Doctorũ & SS. PP. Auguſt. Ambr. Hieron. Athanaſij, &c. Taliter Dauid adhortãs Salomonẽ filiũ ſuũ, vt venenaretur verũ atq; immortalẽ Deum, ex imo corde, hac ratiõe doctrinã ſuã illi perſuaſit, *Omnia.n.corda ſcrutatur Domin⁹: & vniuerſas mẽtiũ cogitationes intelligit.* Sic ſapiens Salomon, vtiq; paternorum p̃ceptorũ memor, vbi Hieroſolymit. tẽpli ædificiũ cõſummaſſet, in medio illi⁹ corã omni populo in genua procidit, & adorãs Dnũ talib. verbis inter cætera vs⁹ eſt. *Redde vnicuiq; ſecũdũ vias ſuas quas noſti eũ habere in corde ſuo, tu enim*

Non cognoſcunt neq; ex parte ſua neq; ex noſtra cogitationes hominum. Vid. S. Tho. 1 p. q. 53. a. 4.

1. Paral. 28.

2. Paral. 6. cap.

ſolus noſti corda filiorum hominum. Sic & Regius Pſalmiſta duabus vicibus cecinit, *Scrutans corda & renes Deus ipſe enim nouit abſcondita cordis.* Idem Salomon in libr. Sapientiæ, *Quoniam renum illius teſtis eſt Deus,* inquit, *& cordis illius ſcrutator eſt verus.* Non diſſimiliter Ieremias Prophetiæ ſuæ capite vndecimo & vigeſimo. *Tu autē Domine Sabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda,* & decimo ſeptimo, *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutās cor & probans renes, qui do vnicuiq; iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionū ſuarum.* Sunt etiam, vt ſupra dixi, cogitationes noſtræ naturaliter occultæ Angelis ex parte noſtri, id eſt: Nos durante hâc vitâ non habemus modum aliquē manifeſtandi Angelis, id quod mēte tractam⁹. Nam ſublatis ab homine vſu vocis articulatæ, alijſq; geſtib. corporeis aut phantaſmatis ſignificantibus determinatū cōceptū (ex quibus non poſſunt Angeli apprehen-

Pſal. 7.
Sap. 1.
Hiere. 11.

dere intentiones noſtras niſi dubiè, & cum euidenti incertitudine) anima noſtra nuda ac ſola remanebit in explicandis conceptibus ſuis, nec tantùm differens ab Angelis, verùm etiam omninò muta & impotens, cũ in tali ſtatu exercere non poſſit actionem aliquam quæ purè ſpiritualis ſit, & independens à phantaſmatibus materialibus, quæ tamen maximè neceſſaria ipſi eſſet, vt operatio illius à puro ſpiritu perciperetur. Si itaq; Angeli naturaliter tàm ex ſuâ quàm noſtrâ parte non ſunt ſufficientes ad comprehendendum cogitationes noſtras, conueniẽs ergò fuit, diuinam ſapientiam inuenire mediũ aliquod, quo clara & euidens earum cognitio illis communicaretur, nempe reuelando diuinũ verbum, in quo quaſi in ſpeculo omnia cogitationum noſtrarum momenta cõſiderant. Atq; adeò quemadmodum ſancti in Paradyſo conſtituti, ſecundùm opinionẽ D. Thomæ, vident in Deo ſine vllâ obſcuritatis aut incertitudinis nebulâ,

Detegit Deus Angelis cogitationes noſtras.

S. Tho. 1. p. q. 12.

quidquid in præſenti mundo efficitur, aut cogitatur pertinens ad ſtatũ ſuum. Pater enim intuetur omnes cogitationes & actiones filij & aliorum qui titulo aliquo ſibi coniuncti ſunt. Inſtitutor Religionis ciuſpiã eodem modo oẽs actiones & cogitationes illorum, qui ordinem ſuum colunt, & cæterorũ qui progreſſui & cõſeruationi eius cooperantur: ſic Angeli fixâ mente in Deũ vident in Verbo quidquid perſonas ſibi ſpecialiter commendatas concernit.

Cuſtodia hominũ conuenienter Angelis cõmiſſa fuit.

Quæ cum ita ſint, nimirum veriſſima, nihil cõuenientius fuit, quàm cuſtodiam hanc & gubernationem hominum committi Angelis, qui vtpote ſapientiſſimi, intelligunt omnes defectus ac neceſſitates noſtras, vt potentiſſimi in quibuſcunque periculis nobis opitulari ſufficiunt; & vti ſpiritus, celerrimam opem præbere poſſunt, citius ſcilicet, quam nos auxilij neceſſitatem præuideamus.

Solùm ſupereſt demonſtrare ardentiſ-

dentiſſimum deſiderium & efficacem illorum volũtatem nobis ſubueniendi, quod quarto loco tractandũ propoſueramus. Ne cui verò de hac dubium relinquatur, auſcultet Prophetã Dauid, qui affirmat Deum conſtituiſſe Angelos cuſtodes tuos tam ardentes amore ſalutis tuæ, vt comparari poſſint cum flammâ ignis, *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem vrentem.* Ad idem propoſitum refertur clariſſima illa viſio, quam ſupra deſcripſimus Patriarchæ Iacob videntis ſcalam & in eâ aſcendentes ac deſcendentes Angelos. Vbi notandũ, pari velocitate & alacritate aſcendiſſe eos ſurſum, vbi contẽplabantur viuentẽ Deum, quâ properabãt deorsũ, vbi offendebant quieſcẽtẽ Iacob, in quo ipsũ Deum de ſemine Iacob aliquando naſciturũ venerabantur. Cæterum eadem velocitate ac promptitudine ad nos delabuntur, Nam vti notat Origenes, poſtquam Verbum aſſumpſit humanitatem,

Voluntas & deſiderium eorũ nobis ſubueniẽdi.

Iacob ſcalã videt. Gen. 28.

amor & ſollicitudo Angelorum erga homines admodum aucta fuit, & certatim vt ita loquar, ad obſequium generi noſtro præſtandum accelerarunt, quia accinctum videbāt eodem fine ipſum Regem & Creatorem ſuum: imo verò tanti æſtimare cœperunt hominem, vt quidam illorum poſt Incarnatum Verbum à ſancto Ioanne noluerit adorari,
Apoc. 19 *Caue nè feceris, conſeruus enim tuus ſum.* Paratos igitur ſeſe exhibent in omni loco, omni tempore, & in omni neceſſitate, vt nobis ſubueniant. Et nos tamen è contrario in omni loco ab illis recedimus, omni tempore beneficia eorum obliuioni damus, obluctamur conſilijs & quod multò peſſimum ſubſidia flagitare datâ operâ nolumus, quæ incredibili nobis promptitudine offeruntur. Sed prius, quàm ad cætera veniam, dubitatio quædam enodanda eſt. Poſſet enim mihi hoc loco obijci: Cur non ſuffeciſſet ad cuſtodiam humanam ſola potentia ac prouidentia Dei?

Quæſtio. Cur Deꝰ efficiat per Angelos quod ſolus per ſe poteſt?

mun-

nunquid non ſolus ipſe potuiſſet inſolentiam eius perpetuò refrænare? & quibuſcunque diſcriminibus noſtris tempeſtiuè efficaciterque ſuccurrere? vt quid igitur occupat noſtri cauſſa tantum numerum ſupernorum ſpirituum? Quare breuiter reſpondeo cum Diuo Bonauenturâ, ad defenſionem hominum deputatam fuiſſe à Deo militiam cęleſtem, vt peculiare ſpecimen daret ſuę omnipotentiæ, quæ non contenta Angelicas illas acies throno Maieſtatis ſuæ adſiſtere, iuſsit ad euidentius diuinæ Magnificentiæ argumentũ eas cæteris quoque creaturis inſeruire; vt ita laudetur ac glorificetur Deus non tantum in ſeipſo, vt ũm etiam in perſonis ſeruorum ſuorum. Neq; hoc indecens videri debet, creaturas nimirum adeò nobiles cum præiudicio aliquo ſtatus ſui miniſtrare ignobilioribus. Nam licet in ſententiâ Aeterni Verbi, *Maior ſit qui recumbit, quàm qui miniſtrat*, aliud tamen eſt miniſterium quod cum ſeruitute & ſubiectione impęditur,

Cauſſa cur cuſtodia hominũ impoſita fuerit Angelis.

I. Bonau. in 2. d. vlt.

aliud quod connotat præſidentiam & gubernationem quandam. Verba autem Saluatoris referuntur ad primum miniſterii gen', nõ ad ſecũdũ, quod cuſtodibus noſtris Angelicis ꝓpriè incũbit. Et quâ ratione in aulis Principum Oeconomi proſpiciunt neceſsitatibus inferiorũ ſeruorum vſque ad viliſsima mãcipia, nec tamen ex ſimili ſeruitute detrimentum aliquod honoris patiuntur, ſed omnia faciunt ad pręſcriptum Principum, quibus ipſi pariter cum omni familia ſuâ inſeruiũt. Sic Angeli cuſtodes dirigũt & iuuãt nos, ac in qualibet neceſsitate pręſtò ſunt, præ ardenti deſiderio, quo tenentur, pleniſsimè exequendi, illius voluntatẽ, cui omnes tàm ipſorum, quàm hominum ordines famulantur.

II. Manifeſtatur etiã hoc pacto clariſsimè potẽtia Dei infinita. Cum. n. infernalib' caſtris de cælo reſiſti debeat, multò potentiorem ſe teſtatur Deus, dũ pręcipit damnatorũ ſuperbiam cõculcari ab Angelis q̃ ſi propriâ dexterâ diuinæ Iuſtitię mucronem

nem in eos vibraret. Neque interim hâc curâ Angelis commendata, homines deſerit, q̃ terrenis Regib. vſuuenit, qui præcipuam ſollicitudinis partẽ in humeros officialiũ ſuorum deuoluentes, ipſi aut quieſcunt, aut aliis negotiis occupãtur: Sed ipſe etiã immediatè vniuerſali & particulari ꝓuidẽtiâ cũcta gubernat. Ac ꝓinde ſicut oẽs creaturas per cõtinuã diuinæ voluntatis ſuæ operationem fouet ac vegetat; & nihilominus nõ impedit aut diminuit vllâ in parte operationẽ cauſarũ ſecundarũ; quin tali ordine ac dependentiâ potentias creatas connexuit, vt nec illæ à philoſophis ſuperfluæ iudicentur, nec ſupremi Motoris operatio imperfecta: Similiter cenſendum eſt de cuſtodia Angelorum.

III. Deinde ordo Infinitæ ſapientiæ omninò poſtulabat, cuſtodiam hanc humani generis committi Angelis ꝓpter dona, quib. pollẽt, naturalia & gratuita. Enimuerò diuina Lex cõmuniter talem in operationibus ſuis ordinem ſeruat, vt infimæ

res

res ſubleuentur ac perficiantur per medias,& mediæ per ſupremas. Inter Deum autem qui ſummus eſt & vltimus finis animarum noſtrarum, & nos mortales, medii intercedunt Cæleſtes Angeli, cum quia confirmati fuerunt in gratia, tùm quod conſtent naturâ immortali, & ſubſtantiá ſpirituali. Itaque neceſſarium erat,vt ad perfectam cum Deo vnionem eueheremur auxilio Angelorum.

IV. Addi poteſt hucuſque dictis alia ratio, vt ita præſens capitulum concludatur;Quod Angeli priuilegium hoc hominibus præſidendi promeruerunt, non tantùm, quia vt ſupra docui, naturâ admodum potentes ac ſapientes ſunt;ſed particulariter etiam,quia in primo illo conflictu cõtra Luciferum habito diuinæ Maieſtati fideles extiterunt, eumque vſq; ad finem ſæculi pari ſemper ardore in fauorem generis humani continuant. Vnde ad textum B.Iob, *Maledicant ei qui maledicunt diei*, ſequẽtia verba ſcribit S. Gregorius. *Diem*

Gr. l. 4. Mor. c. 11.

ſe

ſe quippe iſte ſuperbiens ſpiritus oſtẽtare etiam Euangelicis poteſtatibus voluit, cum ſe ſuper cæteros quaſi in potẽtia diuinitatis extollens tot poſt ſe ad interitum legiones traxit: ſed hi nimirum qui in Authore ſuo humili corde perſtiterunt, cum errori eius noctem ineſſe conſpicerent, diẽ claritatis illius de ſemetipſis humilia ſentiendo calcauerunt, qui nunc nobis doli eius tenebras indicant, & quam ſit illius deiicienda ficta claritas, demonſtrant.

CAPVT XI.

CVSTODIAM ANGELI incipere in puncto natiuitatis noſtræ; & ſi vnquàm aliàs, maximè vtilem eſſe in articulo mortis.

INCHOATVR Angelica hęc cuſtodia, iuxta communem ſententiam Doctorum ipſo inſtanti Natiuitatis noſtræ, quando ſcilicet primos miſeræ huius vitæ fructus deguſtantes mille periculis ærumnisq́; expo-

exponimus. Priùs autem quàm naſceremur dictâ cuſtodiâ minimè eguimus, tametſi alii contrarium ſentiant, quia dùm incluſi lateremus in vtero matris, partes illius fuimus, proinde cuſtoditi ab ipſo matris Angelo; Secùs poſteaquam in lucem editi fuimus, tunc enim veluti perſonis ſeparatis & viuentibus vitâ propriâ non immeritò prouidit clementiſsimus Deus de Angelo cuſtode identidem proprio, qui perpetua nos tutelâ defenderet.

Angeli cuſtodia ab inſtãti Natiuitatis noſtra incipit. Ægid. in 2. d. 11. q. 1. a. 4. Bonau. & Gabr. ibid.

Hoc nimirum ſignificare voluit Propheta, quando loquens de cuſtodia Angelorum, non reſtrinxit eam ad vnam vel alteram duntaxat neceſsitatem, ſed generatim ad omnes, & totum vitæ noſtræ curſum extendit, *Quoniam Angelis ſuis*, inquit, *mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Et verò cum aliis animalibus donauerit Deus ad defenſionem ipſorum dentes & cornua, vngulas & aculeos, aliaque id genus inſtrumenta

menta, quæ ſingulæ feræ mox ab ortu ſuo naturaliter ſibi adnata oſtentant. Plantas quoque armauerit ſpinis, corticibus, veneno, aut amaritudine, quibus ſeſe à tempeſtate aut animalium violentia tueãtur: quid cõuenienti⁹ erat, quã eiuſmodi armorũ vice aſsignari homini qui alioquin nudus & inermis egreditur, vſq; ab inſtãti natiuitatis ſuæ cuſtodẽ Angelũ, omni armaturâ fortiorẽ, cuius beneficio in ꝓſperis aduerſisq; cõſeruaretur? De tali fauore gratulabatur ſibi Patriarcha Iacob, quem ſupra nominauimus, quia videlicet Angelũ Domini comitẽ habuit, *Qui eripuit eum à cunctis malis.* Et de Sancto Onuphrio legitur in eiuſdem vitâ, cum deambularet in ſolitudine comitem ſe illi adiunxiſſe Angelũ dixiſſeq;, Ab horâ natiuitatis tuæ ductor ac ſoci⁹ tu⁹ extiti, & cum eodẽ in viſibili forma confeciſſe ſex integra milliaria, vt hæſitãtem de itinere erudiret. In ſummâ, quanto atrociora ſunt in curſu vitę noſtræ pericula, tanto manifeſtius

Exemplũ S. Onuphrij.

Ange-

Angelorum erga nos amor ac benignitas eluceſcit.

Porrò Sanctiſsimus hic cuſtos vt quouis tempore ac momento ſaluti noſtrę inuigilat, ita peculiariter ſub horam mortis; in qua tametſi omni humano ſuccurſu deſtituimur, deſerimurque à parentibus & amicis ſolus Angelus nō derelinquit nos, quia tunc diabolus acerrimè in animam noſtram ſęuit, & omnibus neruis nititur, vt victoriā vel ex vltimo hoc conflictu reportet; Teſte Apoſtolo in Apocalypſi: *deſcendit ad nos Diabolus habens iram magnam, ſciens quia modicum tempus habet.* Ille (Angelus) generoſiſsimo pectore tartareo hoſti pro nobis contraſtat, & ſi animaduertat fortaſsis animam curæ ſuę commiſſam peccato ſeduci ad tenebras & vmbrā mortis, acerbiſsimè contriſtatur, vt odium peccati ab eâ perpetrati explicet, pro conuerſione ipſius orando, donec apprehensâ pœnitentiæ diſciplina diuinæ Maieſtatis iracundiam mitigarit. Atque hoc inſinuare videtur

Defenſio Angelica in horâ mortis.

Apoc. 12.

Quid faciat Angelus in horâ mortis cum videt animam aut in peccato conſtitutam, aut timentē ſibi à morte?

Ec-

Eccleſiaſticus, *Ibit homo in domum æternitatis ſuæ & circuibunt in platea plangentes*, quem locum grauis quidam Doctor ex recentioribus exponit de Angelis maximè fauente illi lectione Chaldaicâ, in quâ habetur, *Circumdabunt Angeli inquiſitores iudicii tui lamētantes*, &c. Quod ſi afflictam conſpicit nimio timore mortis, conſolatur & erigit, cuius rei exemplum narratur à perſonis fide dignis accidiſſe in Prouinciâ Mexicanâ anno 1587. vbi cum infirmus quidam metu mortis vehementer cōſternaretur, euenit, vt die quadam conſpiceret pulcherrimum iuuenem, qui circumdatus admirandâ luce illi appropinquare ac demonſtrare cæpit, quò amaritudo grauiſſimæ ipſius triſtitiæ aliquantulum leniretur, montes aliquot opertos auro ac margaritis, in quibus clariſſimis veſtibus ac vultibus conſpicui innumeri homines mutuis ſeſe applauſibus ac ſolatiis recreabāt: tum iucundo allectum ſpectaculo ſingula contemplari iuſsit, hunc quippe Para-

Eccl. 12.
Io Lorin. ibid.
Ex. An. Soc. Ieſu. 1587.

Paradyſum eſſe, & choros exultantium hominum deſignare eorum animas, qui ſub inſignibus Chriſtianæ fidei ſanctè viuentes fœliciter obiiſſent. Vnde iuuenis viſione adſtantibus recitatâ, tàm flagranti beatiſsimi illius Regni deſiderio accenſus fuit, nihil vt promptiùs lætiusque tandem quàm anguſtias corruptibilis huius vitæ deſereret.

Quid faciat Angel⁹ quãdo animam reperit benè diſpoſitam ad mortem.

E contrario autem ſi Angeli inter tempeſtates illas propinqui mortis animam benè diſpoſitam & quietam inueniunt, vtique lætantur & inuicem ſibi congratulantur, vnde ſcriptum extat de Sancto Ioanne Canonico regulari eum triduo ante mortem incredibilem accepiſſe conſolationem ab Angelis, quos ſublatis oculis detectoque capite amabiliter ſalutabat. Et Sanctus Nicolaus Tolentinus ſex menſibus ante mortem ſuam audiuit concentum Angelorum, ex eoque voluptatẽ hauſit longè maximam. Ex quibus omnibus collige, quanta me-

De S. Io. Canon. Reg.
S. Nicol. Tolent.

meritò abs te gratitudo pro continua hac Angeli cuſtodia expectetur. Sanè ad cuiuſque actionis principium, & quotieſcunque domo exis aut reuerteris, commendare te illi deberes gratias dicendo pro cura præterita; Singulis quoque annis cum recurrit dies natiuitatis tuæ peculiari deuotione eum venerari, ac laudare, quod ea die cuſtodiam tui tam alacriter inchoarit, nec deinceps vſque ad præſens momentum diſceſſerit à latere tuo, ſed noctu & interdiu ſaluti tuæ ſtudioſiſsimè inuigilarit. Imò etiam æquum foret, te prædicta die expiata conſcientia, ſumptoque Euchariſtico pane Angelorum perpetuum illi ſeruitium polliceri, tantæ nimirum celſitudinis ſpiritui qui non dedignatus fuit, de ſummo cælo in terram ad cuſtodiam viliſsimi homuncionis deſcendere.

CAPVT XII.

ANGELVM CVSTODEM neq; poſt mortem hominem deſerere.

NON terminatur aſsiſtentia benedicti cuſtodis noſtri in fine vitę, ſed comitatur nos donec in Paradiſo altiſsimę Maieſtatis oculis præſentarit; hic enim eſt fructus cuſtodiæ illius, de quo non obſcurè meminit Deus in Exodo ſubiectis
Exod. 23. verbis: *Mittam Angelum meum qui præcedat te, & cuſtodiat in via, introducat te in locum quem præparaui.* Vnde ſi contingat mori hominem in gratiâ Dei, poſteaquam pro peccatis ſuis plenariè ſatisfecit, introducitur per eum anima illius nō abſque indicibili applauſu in paradiſum, id quod luculenter exemplis tàm Sacræ Scripturę, quàm hiſtoria-
Luc. 16. rum Eccleſiæ probari poteſt. Anima Lazari, vt in Diuo Lucâ ſcribitur, portata fuit manibus Angelorum in ſinum Abrahæ, is namq; loc⁹ ſanctis animabus ante mortem & aſcenſionem

nem Redemptoris Chriſti deputabatur. Nunc autem ad cælum eas euehunt, & præſentant quaſi fructū ſollicitudinis ſuæ viuenti Deo. Atque ad hoc propoſitum narrat Laurentius Surius, Animam B. Guilielmi Abbatis viſam fuiſſe à quodam ipſius diſcipulo Gomundo eleuari per duos Angelos, quorum vnus ſiniſtram ipſius, alter dexteram tuebatur, ponè innumerabili diabolorum turbâ ſubſequente ac vociferāte: è quorum aliquot cum Gomundus percontaretur, quò tenderent, & quid negotii ſibi cum Guilielmo tranſigendum propoſuiſſent? Reſponderunt, vt hominem in diuino iudicio accuſemus. Sed propulſi à Cuſtode Angelo, dicto citiùs diſparuerunt. Vidit & Sanctus Antonius inter Choros Angelorum ad Cælum aſcendere animam B. Pauli primi Eremitæ. Per eoſdem vidit Sanct. Benedictus in monte Caſsino, animam S. Germani Epiſcopi Capuæ, ad cælū transferri; quin etiam multò ante habitationem immortalitatis pro

Sur. 6. April.

Anima B. VVilhelmi Abbatis portatur ab Angelis ad paradyſ.

De S. Paulo 1. Eremit.

V. Barō. an. 1521.

S. Gr in vita S. B. ned.

Anima S. Germ.

Sur. 19. April.

illa per Angelos præparari; quemadmodum de S. Fulgentio ſcribit Surius, cōſpexiſſe eum portari per Angelos ad cælum duos lectos ſuperbiſsimè adornatos, & voce magna quoſdam è numero illorum exclamaſſe: In duobus hiſce lectis requieſcent magni duo viri Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis, & Agon, Abbas Cluniacenſis, quos hodie merita ſua ad Cælum extollunt.

De S. Anſelm. & Agone.

Si tandem accidat, aliquem decedere quidem in gratiâ, abſque eo tamen quod pœnas peccatis ſuis debitas plenè exoluerit, huius animam vt Sanctus Thomas loquitur, deferunt Angeli ad Purgatorium, ibique, ſi Dominico Soto aliiſque Doctoribus fides eſt, crebris viſitationibus dulciſsimè conſolantur. Enimuerò ſi iuxta ſententiam Diui Thomæ Dœmones aſsiſtunt in Purgatorio beatis animabus non vt eas ipſi affligant, ſed vt aſpectu tormentorum illarum rabiem ſuam exaturent; an non etiam rationi con-

S. Th. in 4. d. 21. q. 1. a. 1. Sot. in 4. d. 41. In Vigu. er. c. 16. §. 4. S. Th. in 4. d. 43.

conſentaneum, vt ab alterâ parte iiſdem ſpectandos ſeſe offerant Sancti Angeli, ac de cæleſtis coronæ certitudine gratulentur?

Nè quod autem eorum officium intermittatur, die iudicii ſententiâ Sancti Thomæ, colligent cineres humanorum corporum vbicunque terrarum diſperſi fuerint. Neque hoc impoſsibile videatur, nã vt initio libelli probatũ eſt, Omnes creaturæ corporales Angelorum imperio per motum looalem ſubiiciuntur. *In 4. diſt. 21. q. 1.*

Poſtremò tempore vniuerſalis reſurrectionis ſeparabunt iuſtos ab impiis, *Exibunt Angeli*, inquit Euangeliſta, *& ſeparabunt impios de medio iuſtorum.* Valde autem probabile eſt facturos hæc Angelos Cuſtodes, vt vltimo iſto actu officium quod hactenùs exercuerũt, circa perſonas ſibi commendatas concludant. *Matt. 13.*

Ex quibus ô Anima Chriſtiana coniice, quot nominib⁹ tenearis benedicto huic Angelo gratias referre

qui nunquam excubare deſtitit pro ſalute tuâ, & quâ ratione Propheta loquitur; non tantũ duxit ac direxit te, verũ etiam portauit in manibus ſuis, vt nè in cæleſti itinere in lapidem deſperationis impingeres.

Pſal. 90.

CAPVT. XIII.

ANGELVS CVSTOS DEſcendit de cælo, & nobiſcum vt ſollicitudinem ſuam demonſtret, verſatur in terra.

TAMETSI Angelus per potẽtiam ac ſcientiam, quibꝰ pollet, defendere & cuſtodire poſſet hominem, conſtitutus etiam in Cęlo Empyreo: nihilominùs vt amor & ſollicitudo ipſius circa nos tantò manifeſtiùs oſtendatur, Cælum Empyreum, locum (inquam) amœniſſimum, & Paradyſum inceſſabilium deliciarũ deſerit; ad quẽm quotieſcùnque redit, vt ꝓfectò creberrimè, redit, vt preces tuas Deo & glorioſiſsimæ illius Matri præſentet. Interim oculos non deflectit à perſonâ tuâ,

tuâ, ſed perpetuò vigilat, vt ad minimam quamq; neceſsitatem tibi opituletur. Atq; hoc deſignat myſtica illa ſcala Patriarchæ Iacob, per quã Angeli, Deo orationes noſtras oblaturi, aſcendebant; & iidem deſcendebant, ad defenſionem noſtram, atque vt lætis inde allatis nuntiis, ac cæleſti rore ſitibũdas animas opportunè reficerent. Tali ſenſu exponit S. Hieronymus textum Prouerb. *Aqua frigida animæ ſitienti bonus nuntius. Quotidie*, inquit ille, *Angeli de terra longinqua, hoc eſt de ſuperna patria, deſcendẽtes in mũdũ, iuſtos vel inter tentationes ſpe cæleſtiũ roborant, vel, finitis tentationum certaminibus, ad palmã perpetuæ retributionis inducunt*. Quocirca obſeruandũ, Angelos, quantũuis in inferioribus hiſce nobiſcum agant, vt accuratiũs Cliẽtes ſuos cuſtodiãt, & noſtri cauſâ relinquãt Cælũ; nõ diſcedere tamẽ à beatificâ cõtemplatione vultûs Dei, qui vbiq; præſens eſt: *Mittuntur & aſsiſtunt, quia per hoc, quòd circũſcripti ſunt, exeunt, & per hoc, quòd intùs*

Prou. 25.
Hier. ibi.

Angeli tãetſi cælum deſerant, vident nihilominus Deũ.

Greg. in c. 3. Iob.

quoq; præſentes ſunt, nunquàm recedūt: & faciē ergò Patris ſemper vidēt, & tamē ad nos veniūt, quia & ad nos ſpirituali præſentia ſemper exeūt, & tamē ibi ſe, vnde receſſerāt, per internā contēplationē ſeruant. Hìnc occaſionē ſumit D. Bern. explicando, quales ſint hæ viæ Angeli, nunc aſcendētis nunc deſcendentis, Exclamandi: *Audes illo præſente facere, quod vidēte me non auderes?* quaſi diceret: deſcendit de cælo Angelus, vt compatiatur tibi & opē ferat: & tu nō metuis in præſentia ipſius illud agere, ꝙ aggredi timuiſſes in conſpectu viliſsimi hominis? Aduerte, ô homo, inquit S. Greg. Angelum deſcendere aliquando deorsùm, non præ compaſsione, ſed vt de impudentia tuâ vindictam ſumat, atq; ita interpretatur locum Geneſis, *Venite, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum,* &c. *Aſcendunt Angeli,* inquit ille, *in eo, quòd Creatorem conſpiciunt; deſcendūt Angeli in eo, ꝙ Creaturam ſeſe in illicitis erigentem examine diſtrictionis premunt.*

Ber. ſup. Pſal. Qui habitat.

Gr. ſup. 1. Cap. Iob.

CAPVT XIV.

CONCLVDVNTVR QVAE *in præcedentib⁹ capitulis docta ſunt, duobus exemplis ſiue figuris veteris Teſtamenti.*

QVAE hactenùs de Angelo Cuſtode & homine cuſtodito tradidi, manifeſtiſsimè expreſſa videntur imprimis in Myſticâ viſione Prophetæ Zachariæ, quam ſuprà tetigimus. Vidit hic Propheta ſummum Sacerdotem Ieſu ſiue Ioſue, propter peccata ſua ſacerdotalibus exutum indumentis & eorum vice veſtitum ſordidiſsimo habitu, adeò vt carbonibus aſsimilaretur, & ecce ſubiicit Propheta: Vidi Angelum, qui ſuſcepit defenſionem miſeri illi⁹ peccatoris, ac diabolo ſeſe oppoſuit, qui occupato dextero Rei latere audaciſsimè eum de perpetratis ſceleribus accuſabat. Deinde præcepit Angelus bonus, reſtitui illi veſtimenta Sacerdotalia munda, & cidarim reponi ſuper caput eius:

Zach. 3.

De Ioſue ſummo Sacerd.

Vltimò, exhortans eum ad obſeruã-
tiam diuinorum mandatorum itâ
concluſit: Hæc dicit Dominus exer-
cituum: Si in viis meis ambulaueris,
& cuſtodiam meam cuſtodieris, non
vnum duntaxat, ſed plures Angelos
tibi ad defenſionem aſsignabo, ex
eorum numero, qui perpetuò coràm
throno meo aſsiſtunt.

Vides hîc imprimis, quomodo Angel⁹ defendit Ioſue, & impudẽtẽ audaciã Dœmonis eum accuſantis repreſsit: ſecũdò, ꝙ nulla ratione eum deſerit, tãetſi culpabilẽ deprehẽdit, & turpiſsimis ſceleribus defœdatũ. Adhæc ꝙ dœmõ poſt peccatũ accipit poſſeſsionẽ partis dexteræ, vnde colligitur, Angelũ cuſtodẽ quaſi victũ, quotieſcũq; volũtas peccatoris cũ virib⁹ inferni cõiungitur, dexterã, locum ſc. honoratiorẽ quẽ priùs occupabat relinquere: Nõ tamẽ omninò deſerere ipſum hominẽ: tanta eſt benignitas huius Angeli. Nã quẽadmodũ legitur eodẽ Zachariæ loco, ſtatuit ſeſe Angelus corã Sacerdote eundem ab accuſatione diaboli

vindi-

vindicando ac defendendo. Vides tandẽ, quomodo is, qui gratiã Dei cõſeruare ſtudet, maiora recipit beneficia ab Angelo; aut quia ad cuſtodiã hominis iuſti plures Angeli deputari ſolent, velut colligere eſt ex præſenti loco: aut quia, ſecundũ doctrinã ſuperiùs traditã, & ſententiã D. Chryſoſtomi, Angelus cuſtodiẽs virum iuſtũ, maioris eſt excellẽtiæ ac ac poteſtatis: aut demũ, quia prouidẽtia & vigilãtia eiuſdẽ Angeli cuſtodis tãto magis erga perſonã illã creſcit, quã tuetur & erudit, quãtò copioſior fructus hinc expectari poteſt, & labor exiſtit in ſeruitio Dei illã cõtinẽdi facilior. Angel⁹ quoq; Raphael, propter officia pietatis erga ſenẽ & iuniorẽ Tobiã vſurpata, expreſſus typus ac figura fuit eorũ omniũ, quę circa nos in triplici vitæ ſtatu ſuprà memorato ab Angelis cuſtodib⁹. exercẽtur; ſiue in primo, dũ cõtinemur adhuc materno vtero; ſiue in ſecundo; id eſt à momẽto natiuitatis vſq; ad articulũ mortis, quibus terminis ſtadium humanæ vitæ cõcluditur; ſiue

Cap. 7. Chryſoſt. Matt. 8.

Figura Angeli Raphaelis. Tob. 5.

Vi. d. vitã, & P. Lud. de Ponte. p 6 med. 34 & ſeq nec non V. Brun. p. 2. med. 2.

ſiue demũ in tertio, id eſt poſt mortem, vt deuotè cõtemplatur in meditatione quadam B. Ludouic⁹ Gonzaga Societatis Ieſu.

Officium Angeli Cuſt. erga homi nem non dum natum.

Quoad primum ſtatum legimus, antequã Iunior Tobias iuſſu ſenioris paternâ domo egrederetur, miſiſſe Deum Archangelum Raphaelem, humanâ velatum ſpecie, qui in longo illo itinere peregrinantem dirigeret. Similiter priuſquã tu exires de vuluâ matris, mandauit Deus Angelo cuſtodi ipſius, vt & tui curã gereret, donec multiplicib⁹ periculis, quibus tunc cingebaris, ereptus ad Baptiſmi gratiam & ſortem filiorum Dei perducereris.

Erga eundem quam diu vivit.

Alterius deinde ſtatus poſtquàm in lucem editus es, idem Angelus nõ obſcurè figurã prç ſe tulit: Nam quo pacto Raphael exiẽs cũ Tobia paternâ domo, ꝓmiſit, ſe ſanũ illũ deducturum, ꝗ & cõtinuo comitatu prçſtitit: Ita etiam ab exordio natiuitatis tuæ vſq; ad mortẽ Angel⁹ Cuſtos de Cælo ad terram veniens, animam tuam protegit; & ſuſtinet te ac promouet:

mouet admotâ manu quaſi puſillum infantulum, quia omnes in præſenti ſæculo, Paulo teſte, quodammodo pueri ſumus, donec occurramus in virũ perfectũ, & ętatẽ plenitudinis Chriſti. Cæterùm Comitatũ hũc & ꝓtectionem Angelicam conſtantiſsimè tibi pollicetur Pſalmiſta vbi ait: *In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Meritò autem Angeli tantam de nobis curam gerunt, quia quàm efficacibus verbis ſingulis imponitur ab ipſo Deo, *Eſto vigilans & confirma.* Vigila (Cuſtos Angele) contra dœmonem, ictus ipſius infringe, vires debilita, vt nè ei præualeat, quem ſollicitudini tuæ defendendum commiſi. Adeoque confirma hominem, aliquando à peccati occãſionibus remouendo; ſubinde docendo modum, quo laqueos tentationum præuideat: ſæpè etiam ſpiritualiter corroborando, nè tribulationum diuturnitate ac moleſtia conſternetur.

Ad Gal. 4.

Apoc. 3.

Idem præterea Angel⁹ ad viuũ exprimit-

Quomodo ſe poſſ-

primit tertium ac poſtremum vitæ noſtræ ſtatum qui poſt mortem incipit. Quia quâ ratione Tobiā variis ſubtractū periculis, defenſum à dæmone, nec non dotatum vxore & omnibus ſoceri ſui bonis, diuitē incolumemq; domū reduxit: Pariter Angelus cuſtos, vbi animam tuam purgarit, ac deſponſarit tanquā cælicus Paranymphus, immortali ſpōſo; multis præterea fauoribus ac donis diuinis excoluerit, ad Cælū ſubleuat Aeterni Patris conſpectui pręſentandam, vt ex illius manibus pręparatam ſibi coronam immortalitatis recipiat.

mortem noſtram habent.

Tractauimus vſq; huc de Angelo Cuſtode, & perſonâ cuſtoditâ: item de tempore quo Angelicæ ꝓtectionis officium inchoatur. Poſtulat nunc neceſsitas & ordo materiæ, vt ſpeciatim enumeremus beneficia, quæ continuò nobis per cuſtodis huius munificentiam conferuntur, ſiue ad animam ſiue ad corpus ſpectent: tandem doceatur, quanta illi gratitudo meritò exhibenda ſit.

CAP.

CAPVT XV.

DE ANGELI CVTSODIS in animam noſtram beneficijs ſpiritualibus.

LICET omnia propè beneficia, quæ à Deo nobis obtingunt, per manus Angelorum recipiamus, vt Diuus Thomas aſſerit, quia nimirum Angelus Cuſtos in ſententiâ illius deſiderat ac poſcit ab eo, quicquid ſalutis noſtræ promotionem concernit; enumerabimus tamen præſenti capite ſpiritualia quædam beneficijs ex præcipuis, ad quæ cætera omnia re ſubtiliter conſideratâ, reducuntur. *Lud. de Pont. med. 34. Par. 6.*

PRIMVM BENEFICIVM ſpirituale.

Quod itaq; primi beneficij loco poni poteſt, offert Deo orationes, lacrymas, ieiunia, & pœnitentias noſtras. Hoc ſenſu ad Tobiam, *Quando orabas*, inquit, *cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium, &*

tuos abſcondebas, per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas, ego obtuli orationem tuam Domino. Et in Apocalypſi ſcribitur, *Aſcendit fumus incenſorum de manu Angeli*; quem locum explicans Diuus Bernardus, *Angeli*, ait, *noſtros ſudores, non ſuos, noſtras non ſuas lacrymas offerunt Deo, nobis quoque eius munera referunt.*

Serm. 1. de Angelis.

Soliliq. cap. 7.

Non diſſimiliter S. Auguſtinus pro tanto beneficio gratias Deo agẽs, dicit: *Gemitus noſtros atque ſuſpiria referunt ad te Domine, vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem.* Neq; beneficium hoc parui pendendũ eſt, quandoquidẽ frequẽter accidit, orationes noſtras vt quæ in manibus noſtris, multiplicibus culpis coinquinantur, à puriſſimo Deo difficilè acceptari. E contrario verò ſi offerantur per innocentes Angelos, diuinæ maieſtati placent & maximo in honore ſunt, non aliter quam cibus in fœdâ patinâ appoſitus nauſeam generat, in candenti autem diſco oblectat oculos.

culos, & palatum inuitat. Ideoque ſancta Mater Eccleſia precatur in Canone ſecreto Miſſæ, ſanctum ſacrificium perferri in cōſpectum diuinæ Maieſtatis per manum Angeli: ac tantum eſt memoratum beneficium, vt anima ſi cerneret, quâ promptitudine ac voluptate Angeli præſto ſint, dum homines orationi inſiſtimus, præ ardore deuotionis & amore liqueſceret; vnde exclamat S. Bonauentura: *O anima ſi videre poſſes, quanto gaudio Angeli aßiſtunt orantibus, interſunt meditantibus, quanto ſtudio in bono conſeruant, &c.* *In ſoliloq. animæ & corp. c. 1.*

Non intermittam hoc loco celebre exemplum, quod eueniſſe tradunt in Monaſterio Sabinenſi: Vixit ætate Serionis Abbatis Monachus quidam tam ſanctæ conuerſationis, vt peragens aliquando officium ſacræ Miſſæ, dum recitaret illa verba: *Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum*, conſpexerit circum Altare com- *Monacho quodā celebrante Angelus pſentat cœleſti Patri hoſtiam ſacrificij*

com-

complures Angelos, quorum vnus cæteris altior ſacram hoſtiam Deo tanquam ibidem viſibiliter præſenti offerebat, & mox eadem ſupra altare denuò collocatâ diſparuit.

SECVNDVM BENEFIcium ſpirituale.

Quomodo Angelus intellectũ noſtrum illuminet.

Alterum beneficium ſpirituale eſt, quod Angeli, vtpotè ſecundùm Pſalmiſtam flammæ ignis vrentis, intellectum noſtrum illuminant, & voluntatem accendunt, idque repræſentando intellectui humano, non quidem immediatè proprios conceptus ſuos, quorum homo, cuius intellectio dependet à phantaſmatibus minimè capax eſt, ſed imagines rerum, aliorumque ſignorum ſenſibilium. Vt enim excitent pro arbitrio ſuo affectus animi, immutant humores, & alterant ſpiritus corporales, qui conſequenter iuxta quoſdam Philoſophos varias ſenſibilium rerum ſpecies, prout aliter atque aliter diſponuntur, nobis ingene-

generant. Sic ſomniantibus accidere, teſtis eſt Ariſtoteles cap. quarto eius libelli, quem ſcripſit de ſomno & vigiliâ, nec non S. Thomas prima parte, quæſtionis vndecimæ articulo vltimo. Et verò hoc modo multi homines ſancti, & ſignanter Ioſeph ſponſus Beatiſſimæ Virg. ſemel atque iterum vt Matthæus refert, Angelum conſpicatus fuit. Inflammát adhæc, vt præmonuimus, voluntatem noſtram nunc iſtâ, nunc aliâ ratione, id eſt aut per inſpirationes ac perſuaſiones occultè eam mouendo, modo quo ſupra diximus, aut alterando ipſos humores & ſpiritus organi corporei, vt ita appetit⁹ ſenſitiu⁹ afficiatur erga hoc potiùs delectabile obiectum, quã erga aliud. His igitur ſimilibusq; medijs Angel⁹ Cuſtos noſter ſæpiſſimè illuminat animam, & cœleſtium bonorum cupiditate inflammat; inſuper erudiens in ijs omnibus, quæ officio ipſius cõſentanea ſunt, ad quod propoſitum refertur in hiſtoria ſanctorum FF. Prædicatorum, Ioannem

Quomodo Angelus voluntatẽ hominis inflammet.

quan-

Seraph. Raz. in lib. SS. Ord. Prædic.

quandam Vrbiuetanam Virginem tertij Ordinis Diui Dominici tametſi trimula matre orbata fuiſſet, & quinquennis Patre, conſeruaſſe nihilominus innocentiam Baptiſmalem, ad vltimum vſq; vitæ diem beneficio Angeli Cuſtodis, vt ex proprio ipſius facto colligitur. Cum enim nonnulla ex ſodalibus ſuis ipſi diceret, Ioanna, numnam neſcis te carere matre? Hæc ad Eccleſiam eā ducens, & demonſtrans imaginem Angeli in muro pictam; Scito, reſpondit, hunc Angelum mihi in matrē eſſe, à quo adhuc paruula omnia pietatis ac Fidei documēta percepi.

Ioanna puella docetur ab Angelo.

Patet itaq; Angelicū Cuſtodem noſtrū nunc exēplis Chriſti ac Sanctorum tarditatē tuā excitare; nunc voluntatē conſideratione Bonitatis Dei, & innumerabiliū eius beneficiorū accēdere; quādoq; intellectū timore futuri iudicij, & infernaliū pœnarū illuminare, cui⁹ rei figura pceſſit in facto Balaā Nume. 22. cap. Hic. n. cū ad maledicēdū populū Dei egreſſus pueniſſet fortè fortuna ad

Figura Balaam Num. 22.

viam

viā quādā valdè anguſtā; inter duos parietes Angel⁹ Dei ſtricto gladio ſe illi oppoſuit, ita tñ, vt diuino conſilio nō videretur a Balaā, ſed tantùm ab aſinâ, cui ille inſidebat. Quia igitur iumētū cōſiſtere cœpit quaſi nè lato quidē vngue vlteri⁹ progreſſurū, Balaā cōmot⁹ animo calcarib. fuſtibuſq; illud diuerberare vt antrorſū incederet. Quare aſina vt obſtātē ſibi Angelū declinaret, muro vti potuit viciniſſimè ſeſe iūgēs, ſedentis pedē attriuit, at ille iterū & multò q̃ ante immiti⁹ eā cæcidit, donec verberib. ac ſedētis feroci impetu fatigata cōcideret. Hic itaq; Balaā propè in furorē agi, ac præ noua indignationis vehemētia (offensū quippe pedē vlciſci meditabatur) aſinam cōfeciſſet, adeò nec prodigioſa quidē eius locutione territ⁹ fuit, quæ de iniquâ Domini ſui ſæuitia querebatur, niſi detinuiſſet illū ſpecies armati Angeli, qariolū deniq; illuminatū corā ſe procidētem & adorantem his verbis increpauit, *Cur tertiò verberas aſinam tuam? Ego veni vt aduer-*

aduerſarer tibi, quia peruerſa eſt via tua, mihiq; contraria, & niſi aſina declinaſſet de via dans locum reſiſtenti te occidiſſem, & illa viueret. Pari modo nobiſcum Angelus Cuſtos tranſigit, quando iter malorum arripimus, & properamus ad præcipitia peccatorum. Principio enim obijcit ſeſe nobis euaginato gladio, rigorem diuinæ vindictæ repræſentando, quæ ſcelera noſtra interminabilibus corporis & animæ tormentis caſtigat.

Secundò deducit nos habenâ cogitationis ad anguſtum tranſitum ineuitabilis & propinquæ mortis; à quâ nemini cõceditur regredi, quia anni præteriti nec diuinâ quidem diſpenſatione recurrunt: ſed neque vlterius procedi poteſt, quia terminus vitæ præſtitutus effluxit, cui ſuccedit tempus non amplius operandi, ſed recipiendi mercedem, quæ anteactis operibus iuxta vniuſcuiuſque conditionem reſpondeat.

Tertiò conſtringit intra duos parietes,

rietes, iudicium videlicet & infernum, ambo inexplicabili timore & horrore digna, ſed talia, vt vtraque vitari etiam ab homine iuſto non queant. Conſilia hæc & interminationes Angelicæ ſæpè cauſa eſſe ſolent, vt ab incepto peccatorum itinere deflectentes regrediamur ad viã quæ ducit ad Paradyſum adeóque amariſſimis deploremus lacrymis laborem quem infructuosè ſuſcepimus, paſſus quos in tenebris errorum confecimus, & ſtulta deſideria quæ imcomparabili animæ noſtræ detrimento proſecuti ſumus.

Quod autem ordinariè operatur Angelus in occulto cordis noſtri per media inuiſibilia, idipſum ſenſibiliter aliquando præſtat, vt voce humaná. Refertur in li. Iudic. Angelũ Domini viſibiliter corã Iſraelitis apparentem grauiter eos reprehendiſſe, exprobraſſeque præterita beneficia iſtis verbis: *Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui patribus veſtris & pollicitus* *Iudic. 2.*

tus ſum, vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum in ſempiternũ. Et paulò poſt: *Et noluiſtis audire, inquit, vocem meam, cur hoc feciſtis? Quamobrem nolui delere eos à facie veſtra vt habeatis hoſtes, & Dij eorum ſint vobis in ruinam.* Vt autem diſcamus, quid facto opus ſit, quãdo per cuſtodem Angelum tacitè increpamur, ſubijcit ſcriptura: *Hæc Angelo loquente omnes Filij Iſrael eleuauerunt vocem ſuam & fleuerũt, immolaueruntq; ibi hoſtias Domino, vt eum placarent.*

Cap. 16. Legimus quoque in ſacrâ Geneſi cum Sarai vxor Abrahæ, Agar ancillam ſuam ſeueriùs caſtigaret hãc domo exceſſiſſe, quod factum quia Angelo diſplicebat, ſpectandum ſe præbuit, & acriter eam obiurgauit dicens: *Reuertere ad Dominã tuam, & humiliare, ſub manibus illius.* Non diſſimulabo hoc loco illuſtre exemplum, quod noſtris temporibus accidiſſe cõmemorat viuens rei teſtis Pater quidã è Societ. Ieſu hodie degens in Indiâ. Is. n. cum Coſentiam

præ-

p̃cipuã Calabriæ ciuitatẽ appuliſſet, cõfeſſionẽ excepit viri cuiuſdam de totâ vitâ: quo interrogato, quãobrẽ eâ die potiſſimũ tãtâ feſtinatione ac deſiderio peccata confiteretur: Audi, reſpondit ille, aliquantisper Pater mi, rẽ admiratione dignã aperiã. Nudiuſtertius cõſiliũ mihi ineunti cũ vno ex amicis meis, quo pacto cõmodiùs iniuriã mihi à quodã irrogatã vlciſcerer, p̃ſuaſit ille, vt ambo eodẽ veſpere bõbardis armati eũ p̃ſequeremur: è veſtigio itaque facto propoſito domũ petij. Cũ aũt arreptâ fiſtulâ ferreâ rotulas ac ſilices p̃pararẽ, vt nè in exploſione fortaſſis munere ſuo nõ fungerentur, ecce tibi ſpecioſiſſimũ iuuenẽ, cui⁹ neſcio an pulchritudo grauitati, an hæc pulchritudini poti⁹ ornamẽto eſſet, qui geſtib. meis aliquãdiu conſideratis: Quid meditaris inquit, mi homo? dic ſodes, quid negotij, q̃ te cura premit, ꝗ tantâ expolis ſolertiâ inſtrumẽta mortis? Ego ad hæc cõſiliũ diſſimulare. Rursũ igitur ille vt apparebat zelo & indignatiõe plen⁹: quorſũ ait mẽtẽ tuã nõ detegis? numnam

latere me exiſtimas, quæ hactenus ad expeditiorem deſignati facinoris executionem attentaſti? atq; ita protracto colloquio in memoriam mihi reuocauit, quanta Deus cœli & terræ pro abiectiſſimo homine perpeſſus eſt: nec non ingratitudinem & peccata mea, quæ pro tàm copioſâ Redemptione illi retribui, exaggerauit manſuetudinem & longanimitatem ipſius, qui ad hanc vſque horam pepercit mihi, tametſi commeruiſſem mille infernos, maximè cum propoſitum haberem pari perpetuò malitia ſcelera accumulare. Cæterùm hiſce verbis tàm efficaciter cor meum tranſuerberatum fuit: tam vberes lacrymæ, accenſa ſuſpiria, & mœſti mox ſingultus totum me occuparunt, vt anima corpore videretur velle excedere præ nimio pudore, ſcilicet quod aduerteret ſe tot annis in abominabili illo ergaſtulo delituiſſe. Sed quo acerbiùs peccatorum memoria cruciabat me, eò copioſiùs ille exaggerare beneficia & amorem Chriſti,

donec

donec tandem ſermonem ſuum cō-cluderet ſeriâ exhortatione ad exomologeſin peccatorum faciendam, quamprimum pater aliquis è Societate Ieſu hûc acceſſiſſet. Interim audiui vocem ſocij prouocantis me vt verbis ſtarem, alioquin mihi imputandum, ſi quæſita aliquandiu vindictæ occaſio elaberetur: cum verò minimè illi reſpondendū ducerem, iuuenis aut veriùs Angelus Cuſtos (hunc quippe ex omnibus indicijs fuiſſe colligo) vt reſponderem impulit. Quocirca, Actum eſt, inquam, mi amice de conatu noſtro, vela vertenda ſunt, nam ex hoc momento ad propoſitam Choryntum tendere, niſi cum manifeſto propriæ ſalutis detrimento non poſſumus. Hoc dicto, ad locum regreſſus ſum, vbi bonum Correctorem qui iam tunc ex oculis meis ſublatus erat, relique ā. Itaq; repentinus quidem illius diſceſſius contriſtabat me, ſed præcedēs alloquium tātam mihi conſolationem infuderat, nullo vt dolore diminui eam poſſe exiſtimarem. Quæ

cum ita ſint vſque ab illo die expectaui aduentum paternitatis Veſtræ, vt iuſſui Angelici Inſtructoris & promiſſioni meæ obſequerer.

Hom. 20. in ca. 25. Num. Cæterum aduertendum eſt, tantò grauiorem fore iuxta Orig. pœnam eorum, qui conſilia & increpationes Angelorũ reſpuunt, quanto amplius beneficiũ reputari debet, quod Deus cœleſtes principes eorum inſtructores & cuſtodes deſignat: *Si homo* (loquitur ille) *non acquieſcit monitis Angeli, qui ſibi deputatus eſt ad ſalutẽ, auferetur maceria eius, & erit in cõculcationẽ. Quod ſi princeps meus, Angelũ dico qui eſt mihi conſignatus, commonuit de bonis, & locutus eſt in corde meo, ſed ego contẽptis eius monitis & ſpreto conſcientiæ retinaculo præceps in peccata corrui, duplicabitur mihi pœna vel pro cõtẽptu monitoris, vel pro facinore cõmiſſo.*

TERTIVM BENEFIcium ſpirituale.

Tertij beneficij loco reponi poteſt, quod Angelus Cuſtos noſter acer-

cerrimè reluctatur Sathanæ, ne homines peccatis obnoxios ante pœnitentiã & emẽdationẽ interimat. Quoties, credis, dæmon ſuffocaſſet te, quando per peccatũ iuriſdictioni ipſius ſubiectus eras, niſi Angel⁹ ferocẽ illius tyrannidẽ coercuiſſet? Hoc ex figura Tobiæ collige dicẽtis, *dæmonẽ ab vxore mea cõpeſcuit*. Angeli ad inſtar murorũ ſunt, qui cuſtodiũt nos, & diabolũ ab animę noſtræ ingreſſu excludũt. *Quẽadmodũ vrbiũ muri* (ſcribit Baſil.) *in circuitu vndequaq; hoſtiũ inſultus arcent, ſic & Angelus à tergo, & à frõte cuſtodit, & neq; vtriuſque lateris partes incuſtoditas relinquit: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, quoniam Angelis ſuis mandauit de te.* Pſalm. 33.

Et ſi dicti fortaſſis inimici excurrerent, ſancti Angeli, vt idem docet, ijs contraeunt, & omnibus exutos viribus in fugam conijciunt, *Sancti Angeli videntes nos in ſectationem dæmonum pati, inſurgũt aduerſus eos, qui nos inſectãt, &* Orig. ho. 8 in c. 8. Ioſue.

omnes eos poſt terga cadentes interimunt. Proinde non decet hominem, ſi ſubinde à diabolo affligitur, conſternari animo, quia Angelum cuſtodẽ habet, qui eum quibuſcunq; in tribulationibus vberrimè conſolatur. Clariſſimum autem huius rei exemplũ narratur de S. Iacobo Germano Ordinis S. Dominici, quem, ſecundùm relationem Surij, diabolus quidam, vt perpetuò diuexabat, ita verberib⁹ onerare ſolebat, quoties frequẽtaret orationem, ſed abſcedente dæmone mox Angelus de cœlo præſtò erat, qui eum ſuauiſſimâ perfundebat conſolatione atq; ad perſeuerantiam hortabatur iſtis verbis: *Serue Dei, eſto fidelis vſque ad mortem, expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuũ, ingentia ſunt enim, quæ tibi pro paruo labore atque certamine præmia proponuntur.*

Surius 21. Octob.

QVARTVM BENEFIcium ſpirituale.

Quartum ſit beneficium, quod in-

inuitamur per Angelum Cuſtodem non ſine ſpe promptiſſimæ remiſſionis ad pœnitentiam. In huius rei figuram iuſſit Deus in veteri Teſt. conſtrui Propitiatorium, & ad ſignum reuerentiæ operiri per Angelos, qui mutuò ſe reſpicientes vultus in Propitiatoriũ vertebant, quaſi oẽs ad quærendam coram illo veniam peccatorũ allicerẽt. Atq; huc alluſit Propheta Dauid dicens, *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.* Et ſi aliquis fortè inuitationem non æſtimat, manus extendunt, id eſt (vt S. Bern. expoſitioni inhæreamus ad illa verba, *In manibus portabunt te*) proponunt ab vnâ parte breuitatẽ præsẽtis vitæ ac tribulationum ſæculi, quæ ſiniſtrâ deſignantur, ab alterâ retributionem mercedis æternæ ſignificatam per dexteram, iuxta illud Apoſtoli: *Momentaneum hoc & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Exod. 25. & 37.

Pſal. 90.

2. ad Corint. 4.

QVINTVM BENEFI-cium ſpirituale.

Quintum beneficium in hoc conſiſtit, quod nobis monitis & amabilibus ipſius inuitamentis non acquieſcentibus, vt anteactam vitam in melius commutemus, recurrit tanquam Pædagogus noſter (hoc titulo Beatus Baſilius Angelum Cuſtodem nominat) ad flagellum ſeueræ caſtigationis, immittendo infirmitatem, pauperiẽ aliudúe temporale incommodum, idque amore ac deſiderio ſalutis noſtræ, vt, quemadmodum ſupra diximus caro caſtigata erudiat ſpiritum. Sic *Greg. in Paſtor.* Gregorius. Proinde in ægritudine alijſque moleſtijs corporalibus ante omnia Angelum placare decet, debitam ad peccatorum expiationem promptitudinem demonſtrando, & horſum pertinet quod à Laurentio Surio ſcribitur, Sanctum Petrum Cæleſtinum acriter reprehenſum & caſtigatum fuiſſe ab Angelo ob

Laur. Sur. 19. Maij.

ob neſcio quas leuitates & ineptias pueriles.

SEXTVM BENEFIcium ſpirituale.

Sextum inde cognoſcitur, quia ſæpè ignoramus, quænam ſit voluntas Dei, cùm multi, vt Sanctus Gregorius notat, ſpecie boni decipiantur, & difficillimè percipiant, vtrum id, quod etiam bonâ intentione aggrediuntur, Deo acceptum ſit. Vnde exclamabat Propheta, doce me facere voluntatem tuam. Si verò ad Angelum Cuſtodem recurreris, procul dubitatione docebit te, quid potiſſimum ipſe à perſonâ tuâ deſideret. Audi verba, quibus ad Danielem vtitur; Nunc egreſſus ſum, vt docerem te. *In cap. 4. Iob.*

SEPTIMVM BENEFIcium ſpirituale.

Septimum eſt, quod conſolatur & confirmat nos, quando aridi ſumus & mœrore conficimur in viâ cœ-

leſti. Taliter Heliæ accidiſſe conſtat, quando fugiens à facie maledictæ Iezabel fatigatus fuit, & calamitatibus vitæ ſuæ mederi deſiderabat præſenti morte; ſtatim enim Angelus Domini corroborauit eum: dicens; *Surge, grādu tibi reſtat via,* quod S. Bernardus more ſuo dulciſſimis verbis explicat. Diſcurrit Angelus (inquit ille) quaſi Mediator inter Deum & animam, huius deſideria ac preces offert, ipſius beneficia ac fauores reportat; animam excitat, Deum conciliat: *Nunc ad dilectam,* quam cum tribulatam reperit, maximè ſub principium conuerſionis (tunc enim ordinariè Deus periculum facit fidelitatis illius, & diabolus recenter ſibi ſubtractam periculoſiſſimâ tentatione adoritur) armat & animat: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet, & non tardabit.* Nunc ad dilectum, ſubuolando ad cœlum, & æterno Patri ſanctiſſimæ animæ deſideria præſentando: *Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima:*

Serm. 31. in Cant.

anima eius ad te Deus: deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritus tuus in præcordijs eius; de manè vigilauit ad te, & iterum tota die expandit ad te manus ſuas: dimitte illam qui aclamat poſt te; conuertere aliquantulum, & deprecabilis eſto ſuper eã: Reſpice de cœlo, & vide, & viſita deſolatam. Nunc ad dilectam deferendo cœlum, & lætis nuntijs in terreſtri exilio peregrinantem exhilarando: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Nunc ad dilectum,* iterum ad cœlum properando, vt gratiarum actionẽ pro recenti viſitatione factam recenſeat: *Gratias ago tibi Domine, quia deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Fidelis Paranymphus,* ſubijcit S. Bernardus, *qui mutui amoris conſcius, ſed non inuidus, non ſuam quærit, ſed Domini gloriam: diſcurrit medius inter dilectum & dilectam vota offerens, & referens dona, excitat iſtam, placat illum: interdum quoque licet rarò repræſentat eos pariter ſibi ſiue*

hanc rapiens, ſiue illum adducens; ſiquidem domeſticus eſt, & notus in palatio, nec reueretur repulſam; & quotidiè videt faciem Patris. Ergo huiuſmodi officijs Angelus animam conſolatur ac roborat. Sed concludamus cum S. Auguſtino: *Angeli,* inquit is, *adiuuant laborantes; protegunt quieſcentes, hortantur pugnantes; coronant vincentes, compatiuntur patientibus.*

Soliloqu. c. 27.

CAPVT XVI.

OMNIA BENEFICIA SPIritualia, quæ animabus per Angelos præſtari ſolent, figurantur in nouo Teſtamento.

Act. 12. Gerſon. tract. 8. ſuper Magnif. par. 3.

SEPTEM hæc beneficia, quæ vt ſupra docuimus, Angelus in animam collocat, in nouo Teſtamento præſignata ac figurata fuiſſe docet Cancellarius Pariſienſis per liberationem Petri è carcere; ſeptem.

ptem enim actus ille in hominis viſitatione exercet: *Adſtat, fulget, pulſat, iubet ſurgere velociter, ſoluit à catenis, educit ex carcere, liberum relinquit.* *Adſtat*, vt probè conſideremus & expendamus ſtaterâ cogitationis, quis finis nobis propoſitus ſit. *Fulget*, vt in tranſitoriæ huius vitæ carcere vnuſquiſq; intelligat ſtatum ſuum. *Pulſat*, incitando ad bonum, & à maligno diaboli commercio, minis, & incommodis corporalibus quaſi totidem verberibus coercendo. *Iubet ſurgere velociter*, quod fit, dum in animo noſtro obſeruātiam cœleſtiū mandatorum proponimus. *Soluit à catenis*, liberando à vitijs, quibus non aliter quàm inextricabilibus vinculis conſtringebamur. *Educit extra carcerem*, aperiendo portam ferreā pœnitentiæ, & ad priſtinam nos iuſtitiam dirigendo per ſemitam ſatisfactionis. Poſtremò *liberos derelinquit*; in quo ſtatu dum anima quaſi in ſe reuerſa ſeipſam circūſpicit, in gratiarum actionē & laudem

imprimis Dei tum Angeli tutoris ſui effunditur dicens, *Nunc ſcio verè quia miſit Deus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis*, qui dæmonem deſignat, *& de omni expectatione plebis Iudæorum.*

CAPVT XVII.

DE BENEFICIIS ANGElorum, concernentibus corpus, & bona temporalia.

Iud. de ponte. med 34. par. 6. NON ſatis eſt cœleſti Cuſtodi noſtro animā illuminare, & voluntatem accendere, vt hucuſque probatum fuit; nec nō diuinis chariſmatib. per interceſſionem ſuam impetratis ditare: verum etiam defendit atq; à ſexcētis periculis vēdicat corpus noſtrum, quia, quâ ratione Auguſtinus docet, *Corporalia diſponuntur à Deo per Creaturam Angelicam.* *Aug. de Trin.*

PRIMVM BENEFIcium.

Primum itaq; beneficiū corporale ſta-

tuatur, quod ſubtrahit hominem à mille diſcriminib⁹, quæ ſaluti ipſius officerent. Vnde non abſque causâ Patriarcha Iacob in benedictione nepotum ſuorum filiorum Ioſeph ita loquitur: *Angelus qui eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.* Et Iudith, quādo trucidato Holoferne victrix in Bethuliam patriā ſuam regreſſa fuit, *Viuit Dominus,* vociferabatur, *quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem;* ne barbaræ hoſtium manus ancillam ſuam contaminarent. Filiis Iſraël dum per deſertum peregrinarentur, Angelus Domini de die vmbram præſtitit; & noctu ſplendorē. Atq; hoc beneficium eſt, quod Prophetico carmine tam præclarè extollitur; *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis; In manibus portabunt te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum,* quæ verba ſingulatim & exactiſsimè perpenduntur à D. Bernardo eodem loco.

Gen. 48. *Iudit. 13.* *Pſal. 90.*

ALTERVM BENEFICIVM *corporale.*

In eo cernitur, quod his, quibus honeſtum coniugium propoſitum eſt, de tali ſponſo, aut ſponsâ prouident, vt alter alterius conditioni & affectioni reſpondeat: ſic ab Abrahâ docemur, qui ſeruum ſeniorem domus ſuæ conturbatũ videns, & quaſi de inuenienda vxore, cuiuſmodi Iſaac filio-familias quærere iubebatur, deſperantem, Non eſt, inquit, q̃ angaris animo; *nam Deus, qui eripuit me de multis malis, ipſe mittet Angelum ſuũ, & accipies vxorem filio meo.*

TERTIVM BENEFICIVM *corporale.*

Quod ſi in familiâ & domeſticâ gubernatione contentiones & rixæ ſurgant, idem pacem conciliat, & diſcordiarum inter cõiuges authorem diabolum ſupplantat. Huius rei elegantiſsima figura deſcribitur in Tobiâ, vbi recenſetur; vixiſſe in ciuitate quadam Medorum fœminam.

cogno-

cognomento Saram, filiam Raguelis, in cuius cõplexu dœmõ Aſmodæus ſeptẽ viros ipſa nuptiarum nocte occiderat. Cũ vero Tobias cõſilio Angeli ad eã ingreſſus eſſet, quanquã omnes facto mane hũc quoq; cæterorũ more præfocatũ ſuſpicabãtur, ꝓtectione tñ Angeli Raphaelis cõſeruat⁹ fuit, ac dœmone in Aegypti ſolitudine religato, ipſe cũ recenti vxore in ſemine Abrahę benedictionẽ ꝑcepit. Obſeruãdũ aũt, ꝙ Angel⁹ corã illo teſtatus eſt, ſeptẽ priorũ maritorũ mortẽ nõ aliũde ꝓueniſſe, ꝙ ex prauo eorũdẽ affectu, vtꝙ ita libidini obſequebãtur, vt Deũ à mẽte ſuâ ꝓrſus excluderẽt: *Tu aũt*, ſubiũgitur, *cum acceperis eã per tres dies continẽs eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationib⁹ vacabis cũ ea*; atq; hac ratione fugabitur dęmoniũ, & benedictionẽ conſequeris, vt filii ex vobis incolumes procreentur.

Quid faciendum coniugibus, vt cum fructu & mutuo ſolatio ſimul viuant.

QVARTVM BENEFICIVM corporale.

Et quoniã quod potiſsimè in matrimonio deſideratur, proles eſt;

hâc

hâc etiam in parte Angelum Cuſtodem beneuolum experiri licet; ad ipſum igitur piis precibus votiſque accurre. Numnam vxoris Manue obliuiſci potes, cui prorsùs ſterili & infœcundæ Angelus apparuit dicẽs: *Concipies & paries filium*, qui Samſon appellatus fuit.

Abul. Gen. 16. Communis etiam ſententia Hebræorum eſt, vt Abulenſis notat, quando Agar caſtigata à Sarai herâ ſuâ domo exceſsit, Angelum in pœnam huius inobedientiæ peremiſſe filium quo grauidata erat; poſtquam autem denuò ad illam reuerſa fuit, dictam ſobolem eiuſdem Angeli opera reuixiſſe.

QVINTVM BENEFIcium corporale.

Quiſquis porrò optat, liberos ſuos probè ac fœliciter educari, commẽdet illos tutelæ & manibus Angelorum. Vnde narratur de Manue, eum multò inſtantiſsimè Deum precari conſueuiſſe, vt Angelum ſuum de cælo

cælo mittere dignaretur, quatenùs ab eodem optimum modum educationis filii ſui diſceret, cuius beneficio eum vxor ſuâ in ſterilitate conceperat.

Nè quis autem dubitet, Angelum ſupplicium ſumere de illis parentibus, qui proles ſuas in timore & amore Dei non inſtruunt, Exodum inſpiciat, vbi Dominus, aut ſi Paraphraſi Chaldaicæ inhæremus, Angelus Domini Moyſi obuiam factus, & mortem interminatus fuit, eâ de causâ ſolum, quod is prætermiſiſſet filium ſuum circumcidere, vt clarius videre licet eodem loco. *Exod. 4.*

SEXTVM ET SEPTIMVM *beneficium corporale.*

Sed ad alias huius vitæ moleſtias ac neceſsitates traſgrediamur. Nam in omnibus (quod ſexti beneficii locum habet) promptiſsimam nobis opem Angelus Cuſtos ſuppeditat. Si quis igitur in carcere ſe conſtrictũ dolet, feſtinet ad Angelum, & in memoriam reuocet, qua potentia is Petrum

trum de manu Herodis liberarit, rumpendo catenas, reſerando portam ferream, & liberum illum ad coapoſtolos reducẽdo. Simile quiddam Beato Fœlici Nolano & aliis contigit. Et quando populus Iſraeliticus in captiuitate tenebatur, nonnè Angelus compluries Deum deprecatus eſt, quatenùs fideles ſuos eripere ac ſolari vellet, omniaque totius temporis quo conſtricti erant, momenta ſignauit.

Sur. 14. Ianuar. & 14. Maij.

Septimum eſto, quod in viá aut itinere ſicubi periculis inuadimur, per Angelici cuſtodis protectionem ſalui euadimus, vti Tobias ſenior teſtari poteſt, cuius filius ad exteras regiones per eum ductus, & rurſum ad patrios lares incolumis reductus fuit.

OCTAVVM BENEFICIVM corporale.

Si quẽ fortè potentiũ ac Principũ furor premit; ſecurus ſe conuertat ad Angelos. Quis ignorat Angelum prohibuiſſe Balaam, nè populo Iſrael male-

malediceret? Iacob fugientem iracundiam perſecutoris Eſau, vidiſſe, vt in Geneſi refertur, conſurgere ad defenſionem ſuam Caſtra Dei, id eſt Exercitum Cæleſtium Angelorum? Et ſimili defenſione munitum fuiſſe, de quo ſupra fuſius, Prophetam Heliſæum? Quin imò officium Angelorum eſt, de grauaminib⁹, quib⁹ pauperes & paruuli Chriſti per diuites ac Magnates ſæculi opprimuntur, coràm tribunali Iuſtitiæ diuinæ cõqueri, vt egregiè explicat S. Chryſoſtomus ad verba Matthæi; *Videte nè contemnatis vnum ex puſillis iſtis; dico enim vobis, quia Angeli eorum in Cælis ſemper vident faciem patris mei, qui in Cælis eſt*, tanquam diceret, Angeli cuſtodes non ceſſant vindictam expetere contra potentes, qui puſillos & humiles Chriſti ſeruos iniquâ dominatione exagitant. *Mat. 18.*

NONVM BENEFICIVM corporale.

Si alius quiſpiã fame, ſiti, pauperie aut ſimili defectu anguſtiatur, acce-

celeret ad Cuſtodem Angelum, nec ſubſidio carebit: hic certè cum Daniel in lacu Leonum concluſus eſſet, per Prophetam Abacuc, capillis ad eundem lacū mirabiliter delatum, cibos quos hic pro meſſoribus ſuis apparauerat, illi tranſmiſit. Et in Geneſi legitur, quod aquâ deficiēte ancillæ Agar, quæ filiolum ſuum Iſmael iam iam animam agentem in ſolitudine ad radices arboris cuiuſdam abiecerat, ne eum ſiti videret confici, Angelus apparuit, & Agar vocata, oſtendit illi puteum lympidæ aquæ; qua moribundum filium in inſupportabili calore reficeret. In hiſtoria Regum Angelus Domini refocillauit mœſtum ac defeſſum Eliā pane ſubcineritio, qui vtique tantæ efficacitatis fuit, vt in fortitudine illius ambularet quadraginta diebus ac totidem noctibus vſque ad montem Dei Oreb. Ex quibus Sanctus Auguſtinus cum aliis Doctoribus colligit, panem illum confectum fuiſſe manibus Angelorum; Angelis etiam tribuendum eſſe, quod corui

Dan. 21. *Gen. 21.* *3. Reg. 19.* *Aug l. 2. c. 19. de mirabil. S. Sc. ſiue alius ei⁹ lib. auth.* *Lyran.* *3. Reg. 13.*

bis:

bis quolibet die panem ipſi apportarent, docet Lyranus; hi quippe voraces illos alites, & cogebant vt ore apprehenſum transferrent, & prohibebant, nè ederent. Et quis amabo Patriarcham Iacob locupletauit in domo Laban? nunquid non Cuſtos Angelus, qui priùs, quàm ille cum ſocero ſuo de mercede ſeruitii ſui paciſceretur, vt nimirum diuiſio fieret pecorum, & maculoſa quidem ſibi, reliqua vero Laban cederent, artem qua adhibita plurima maculoſa gignerentur, eum edocuit? Hoc ſenſu Abulenſis & alii interpretantur textum Geneſis, *Leua oculos tuos, & vide vniuerſos maſculos atq; reſperſos.* *Gen. 30.* *Abul. ib.*

Manna denique, quo populus Dei in deſerto recreatus fuit, alio nomine vix appellari ſolet, q̃ panis Angelorum, vnde & Pſalmiſta, *Panē Angelorum*, inquit, *manducauit homo*, idcircò maximè, quia quemadmodū Lyranus cum aliis Doctoribus aſſerit, cibus hic compoſitus fuit manu Angelica, & de cælo in terram *Pſal. 77.* *Lyr. Genebrard.* *Iacob. de Valent.*

ram delapſus eſt beneficio Angelorum.

DECIMVM BENEFICIVM *corporale.*

Quid porrò ſi ægritudo, aut alia corporis miſeria pulſet te? ad Angelum confuge; ſtatim enim percipies in corde tuo quod Tobiæ aliquando per Raphaelem dictum & promiſſum fuit, *Forti eſto animo, quia in proximo eſt vt cureris.* Huc ſpectat quod in Euangelio Ioannis legitur, quolibet anno, tametſi, vt Euthymius ſcribit, diuerſis temporibus, deſcendere cōſueuiſſe de Cœlo in piſcinam probaticam aut viſibiliter, aut, quod vero ſimilius videtur, inuiſibiliter, Angelum, ſiue ille Michael, ſiue Raphael, ſiue quod cōmunior tenet opinio, alius fuerit, illique ſupranaturalem, quandam, ad cuiuſuis generis ſanandas infirmitates, efficaciam conferre: tantam autem ægrotorum multitudinem ordinariè illuc confluxiſſe, vt neceſſe eſſet quinque porticus aperire, nè quis per anguſtiam loci fortaſsis à tàm

Tob. 5.

Pā:hal. cō Maldo na in c. 5 Ioan.

à tàm præſentis remedii fruitione excluderetur.

Tandem omnia hæc, quæ in corpus collocari poſſunt, Angeli beneficia breuibus equidem, ſed pōderoſis ac deuotis verbis Iunior Tobias cano parēti ſuo explicare conat⁹ fuit in hūc modū: *Quā mercedē dabimus ei, aut quid dignum poterit eſſe beneficiis eius? Me duxit, & reduxit ſanū; pecuniam à Gabelo ipſe recepit; vxorē ipſe me habere fecit: & dæmonium ab ea cōpeſcuit: gaudium parētibus eius fecit; meipſum à deuoratione piſcis eripuit; te quoq; videre fecit lumē cæli, & bonis omnibus per eum repleti ſumus.* Quocirca S. Auguſtin. gratias CHRISTO canit, pro tot Angelorū beneficiis, dum Mediatorum more inter homines ac Deum diſcurrunt, nunc manū nobis porrigentes, vt lapſos erigant, nunc preces ac vota Regi ſuo offerentes, vt iratum concilient: *Magna cura & vigilanti ſtudio adſunt nobis Angeli omnibus horis & locis ſuccurrentes, & prouidentes neceſſitatibus noſtris, &* *Lib. Soliloq. c. 27.*

& ſolliciti diſcurrentes inter nos & Te Domine.

Capvt XVIII.

De Variis Angelorvm nominibus, quibus diuerſa eorum in nos beneficia explicantur.

Tametsi imbecillitate intellectus noſtri non poſſum' nomen Angeli aſſequi, vt idem Angelus rogatus de nomine ſuo à Patriarcha Iacob non obſcurè indicat, Gen. 32. *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* ex parte nihilominùs venire licet ad cognitionem illius per beneficia, quæ nobis cõmunicat. Omnia enim dona, quibus homo ab Angelo cumulatur (antè enumerauimus) exprimuntur in diuinis literis & monumentis Sanctorum Patrum per varia nomina, propria ipſis Angelis; Nam imprimis appellantur hi Spiritus *Angeli*, quia Cæleſtis Rex eos veluti propugnatores noſtros ad terram tranſmittit, ac tali ſenſu

cinit

cecinit Pſalmiſta, *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus.*

Secundò indigitantur *flammæ vrētes*, quia per ſanctas inſpirationes ac ſalutis monita cor noſtrum vitiis tepefactum, amore Dei inflammant. *Qui facit*, loquitur idem Pſalmiſta, *miniſtros ſuos ignem vrentem.*

Tertiò vocantur Miniſtri noſtri, quoniam in viâ ſalutis nobis adiumento ſunt, ac de omnib⁹ mediis ad illā requiſitis ꝓſpiciunt, *omnes ſunt adminiſtratorũ Spirit⁹*, inquit Apoſt.

Quartò Milites, quia ꝓ nobis aduerſus humanæ Naturæ inimicum Sathanam prælium ineunt, ꝑmittēte Deo per Zachariam: *Circundabo te ex his, qui militant mihi*, id eſt, quo pacto S. Hieronymus interpretatur, Angelis.

Quintò oculi Chriſti, vndiq; vigilantiſsimè circumſpicientes, nè quid ſeruis illius in terreſtri peregrinatione deficiat, ita ex Zacharia colligitur dicēte, *ſuper lapidem oculi ſeptem*, qui in Apoc. Ioannis vocantur, *ſeptem Spiritus miſſi per omnem terram.* *Zach. 9.* *Hier. ib.* *Zach. 3.*

Sextò eiuſdem Prophetæ teſtimonio fabri ſunt; nam Angeli, inquit S. Hieron. arma cudũt contra quatuor paſsiones noſtras, quæ deſignantur per quatuor ferociſsima animalia, de quibus Pſalmo 90. Propheta Da-

Pſal. 90. uid. *Super aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem, quoniam Angelis ſuis mãdauit Deus de te*, &c.

Septimò Exercitus. Ac tali titulo vſus eſt Patriarcha Iacob, cũ innumerabiles ꝓpè Angelos videret accelerare in auxiliũ ſuũ cõtra perſe-

Cant. 7. cutorẽ Eſau. *Caſtra Dei ſunt hæc* Cãticorũ 7. appellantur Chori Caſtrorũ: id eſt non tantum caſtra vt impugnatos defendant, ſed etiam Chori Muſici, vt anguſtiatos ſpe victoriæ & interiori cõſolatione exhilarẽt.

Abac. 3. Octauò *Altitudo Dei, Altitudo manus ſuas leuauit*. Angelus Altitudo dicitur, inquit S. Hieronym. propter potentiam ac ſcientiam.

Nec tantũ Sacra Scriptura, verũ etiã orthodoxi Patres Angelos variis nominibus afficiunt, ad ſignifi-

can-

candum diuerſitatem multipliciũ, q̃ ab illis proficiſcuntur, beneficiorum. Vnde (quod nonum eorum nomen eſt) indigitantur à D. Auguſtino aquæ ſupra firmamentum, ſiue quod flammam diuinæ iuſtitiæ meritò contra ſcelera noſtra ſuccenſam, extinguant, ſiue quod gratiarum ac fauorum ſupernorum copiam nobis de cælo impertiant. *Aug l. 3. Confeſſ.*

Decimum nomen, Sacerdotum ſcilicet, adſcribit illis S. Chryſ. quia quia Mediatores ſunt inter Deum & homines.

Vndecimò appellantur ab Auguſtino amici fideles quia non ꝓpriam ſed noſtrã quęrentes vtilitatẽ, nemini blandiũtur, *Magnus eſt*, inquit ille *affectus dilectionis eorum erga nos.* Nec deſerunt nos conſtitutos in periculis, & præſertim mortis; quia quantum à terrâ cælum, tantum diſtat amicitia ipſorũ ab amicitia hominũ, qui appropinquante horâ obitus amici ſui, omnẽ ꝑtinus humanã ſollicitudinẽ & amorẽ dimittunt. *Aug ſoliloq. 27. Tom. 9.*

Duodecimò, vocantur à S. Hierony-

ronymo conſolatores noſtri: de Angelis enim explicat illud prouerbiorum cap. 25. *Aqua frigida animæ ſitiẽti, & nuntius bonus de terra longinqua.* quia deſcendunt Angeli de Patriâ cæleſti in terram, vt conſolentur nos, & tanquam infuſâ frigidâ ſitibundos refrigerent. Defectibꝰ quoque ac miſeriis noſtris compatiuntur, & auxilium, quo liberi euadamus, vltrò offerunt.

Hieron. Prou. 25.

Decimotertiò Conſiliarii, ac tutores, quoniã in dubiis conſilium nobis præſtant; & in peregrinatione viã cæli demonſtrant. Vnde Orig. *Angeli*, inquit, *velut procurationẽ animarũ noſtrarũ tenẽt, quib. dũ adhuc paruuli ſumus, veluti tutoribus & actoribus cõmittimur.* Et S. Aug. *Attendunt Angeli nos peregrinos, & iuſſu Domini auxiliantur nobis, vt ad illam patriam communem aliquando redeamus.*

Orig. hõ. 8. in c. 22. Gen. Aug. Pſal. 62.

Decimoquartò Cenſores noſtri; quâ de cauſâ ſcribit idẽ Orig. hõ. 20. in cap. 25. Numerorum, *Adeſt vnicuique noſtrum etiam Angelus Domini,*

Orig. hõ 20. in c. 25. Num.

qui

qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis quotidie videat faciem Patris.

Decimoquintò, appellat etiam Diuus Bernardus beatos hoſce ſpiritus Pœdagogos noſtros. Et Sanctus Auguſtinus cuſtodes, vt quorum virtute ab omnibus liberamur inimicis, & vbique locorum illuminamur & erudimur. Nonnemo denique vocat Legatos, ac mediatores inter Deum & animam vti Bernardus, *Diſcurrunt medii inter nos & Deum, fideliſſimè portantes ad Deum gemitus noſtros, & ipſius gratiam referentes.* *Bern. ſer. 12. in Pſ. 90.* *Aug. Soliloq. c. 20.* *Serm. 20. de Natiu.*

Hi igitur cæli Principes, & altitudines vniuerſi Mundi à Deo ad te mittuntur, ô homo, qui vermis es, vt tibi miniſtrent ac ſeruiant: Et tu nihilominùs conſortium illius defugis, adeoq; ingratus es, queadmodũ Bern. ſcribit, q̃a non exhibes illi quē deceret, honorē & reuerentiã; mutus es, ſurdus es, inurbanus es, quia nec roganti reſpondes, nec docentē auſcultas. *Serm. 1. de Angel.*

 Tan-

Tandem factus es per peccata tua, vti Sanctus Hieronymus & Baſilius ſentiunt putridus & abiectus vermiculus, hoſtis Dei & amicus Diaboli, ad cuius partes tranſgreſſus es, vt eo exhilarato, Angelus tuus Cuſtos contriſtaretur dicente Sancto Auguſtino, *Quoties à bono deuiamus, Diabolum lætificamus; & Angelos ſuo gaudio defraudamus.* Sed reuertere ad eum, niſi omninò deſipis, & conſidera, quàm iuſto titulo tàm nobilem Creaturam & ames & metuas.

Hier. in c. 30 Ierē. Baſil. Pſal. 33. Aug. Soliloq. c. 27.

CAPVT XIX.

QVOT NOMINIBVS Angelo Cuſtodi obſtricti ſimus; & præcipuè, qua ratione mereatur non tantum amari vt Cuſtos; verum etiam timeri, vt miniſter Diuinæ Iuſtitiæ?

DIXIMVS quanta ex parte Angelicorū beneficia expectari poſsint ſeqtur nūc docendum, quid exigatur à nobis. Cum igitur diuinæ

diuinæ literæ excitare velint in animis noſtris duplicem erga eos affectum, timoris & amoris, vtuntur ad hoc propoſitum duplici ſymbolo, vno iræ & vltionis, altero gratiæ ac benignitatis; Vnde imprimis Angelus ille, qui apparuit Ezechieli, hinc quidem geſtaſſe legitur inſtrumentum mortis, ſiue, vt Scriptura nominat, *Vas interfectionis*, inde verò ſignatus fuiſſe charactere *Thau*, quem illis imprimeret, qui à dicto vaſe interfectionis minimè lædendi erant. *Ezech. 9.*

Secundò viſus fuit amabili violentia detinere brachium Abrahæ, nè hic filium ſuum, quod iam iam facturus erat, occideret, *Nè extendas manum tuam ſuper puerum, nec facias illi quicquam.* Et in memoriã clementiſsimi huius facinoris exiſtimant Doctores aliqui, adificatum fuiſſe eodem loco Templum Salomonis. Interim tamen negari non poteſt, poſuiſſe Deum in terreſtri Paradiſo Cherubim armatum rutilanti gladio, vt primos parentes noſtros ab arbore vitæ prohiberet.

Tertiò conſpicatus eſt S. Ioannes Angelum, cuius caput Iride (ecce ſymbolum pacis) circumfuſum erat, tibiæ autem aſsimilabantur columnis igneis, quæ iuxta ſententiam Andreæ Cretenſis iram ac Iuſtitiam diuinam denotant. Ad hæc in eodem lapide quo Chriſtus ſignificatur, Zacharias vidit ſeptem ocu-
Zach 3. los, Ioannes ſeptem cornua, ſed tali
Apoc. 5. differentiâ, vt illi nos benignè aſpicerent, iſta ſecundum rigorem iuſtitiæ caſtigarent.

Gen 19. Quartò. Non diffitemur, ex Ange-
Lyr. ibid. lis illis, qui in deſtructione Sodomę affuerunt, vnum ex communi Hebræorum ſententiâ, particulariter deſtinatum fuiſſe ad liberationem Loth, vt ex Sacro textu colligas, vbi ſcribitur, Loth conuerſum ad vnum illorum, agnouiſſe eundem Protectorem ac Dominũ ſuũ. Nihilominꝰ tamen ſi hic beneuolum ſeſe erga Loth prębuit, alter vltricē oſtendit in deſtructione ciuitatis iracũdiam.

Exo. 14. Quintò. Cum Angelus Iſraelitici ductor populi, de noctu lumen illi mi-

miniſtrauit, & interdiu vmbroſam nubem, aliudnè quàm amorem innuit? At quando extinxit omnia primogenita Aegypti, vtiq; timorem incuſsit. Imò verò docet Lyranus, eandem columnam, quæ inter filios Iſraël, & hoſtes Aegyptios interponebatur, illis quidē lumē præſtitiſſe; his verò ad inſtar opacæ nubis impedimēto fuiſſe, quo minus veſtigia eorū dicti perſecutores agnoſcerēt. *ibid. Lyr.*

Sextò. Legimus duos Angelos cōſtitiſſe in duab. extremitatib. Propitiatorii, quâ ex parte benignos ſe mortalibus exhibebāt. Sed ex altera deſcribitur Angelus terribilis, & irâ ſuccēſus contra nos, quando coram diuinâ Maieſtate effudit ſuper peccatorum capita ardentes prunas. *Exod. 25.*

Septimò. ſi repręſentaretur alicui fortaſsis Angelus eâ ſpecie, q̃. Ioannes in Apoc. delineauit, Euangelium ſc. manu tenens, nonnè vt lætū nuntium, & diuinæ gratiæ miniſtrum eū ſerenâ fronte exciperet? At ſi deinde in alia formâ prodiret, & cerneres eundē, vti Dauid *cadentē populū,* *Apoc. 14.* *2. Reg. 24.*

ita vt quinquaginta hominum millia perimerentur, dic, ſi ſufficis, quantus te ꝑtinùs adeò ſeueri diuinæ iuſtitiæ miniſtri timor inuaderet?

Bar. T. 3. Ann. 590. Octauò. Refertur etiã in Añal. Eccleſ. Card. Barõ. Romæ viſum fuiſſe Angelũ ſupra molem Adriani Cęſaris ſtrictũ enſem placidiſsimo vultu in vaginam recondentem, vt popul⁹ intelligeret, lethalẽ morbum, quo vrbs ab aliquo tempore afflicta fuerat, attẽtis S. Gregor. Papæ precibus ceſſaturũ. Et in perpetuam iucũdiſſimi huius ſpectaculi memoriã, deinceps idẽ Caſtellũ ab Angelo denominatũ eſt. In contrariũ tamẽ in iiſdẽ hiſtoriis videre licet, viſum fuiſſe *Bar. T. 2. Ann. 1601.* Angelũ ſupra Altare vibrantẽ euaginatum gladium, quo extremam Angliæ ruinam interminaretur.

Act. 12. Vltimò tandẽ, Angelus erat, quẽadmodũ ex Actibus Apoſtolicis habetur, qui percuſsit Herodẽ, dũ purpuratus in ſolio ſuo conſideret. Sed ô prodigioſum ac tremendum facinus, quando in Caſtris Aſſyriorum vnâ nocte trucidata fuerunt per aliũ

An-

Angelum 185. millia hominum, & omnes in cinerem redacti, abſq; eo velut Hebræi tradunt, quod contingerentur veſtimenta eorum, vt ita Iſraeliticus populus citra vllũ mali odoris impedimẽtũ hoſtiũ ſpolia in poteſtatẽ ſuam redigeret. Quamobrem nõ iucundum duntaxat vultum amantiſsimi huius Cuſtodis noſtri & miniſtri miſericordiæ, eiuſq; cõtinua beneficia contemplari debemus; verum etiam [illegible], & poteſtatem, quâ pollet, vlciſcẽdi ſe ſicubi clementiſsimum ipſius erga nos affectum læſerimus. *4. Reg. 19. Lyr. ibid.*

Sed obiiciat aliquis, quo pacto igitur Angelũ aliquando fortaſsis à me offenſum, placabo? Reſpondeo inſiſtendum eſſe veſtigiis Manue & vxoris illius, qui, vt in Libro Iudicum notatur, apparenti ſibi Angelo obtulerunt ſacrificium: ac deinde cognito quod Angelus eſſet, pleni pauore *corruerũt proni in terram*, & dixit Manue Vxori ſuæ, *Moriemur, quia vidimus Dominum*, id eſt, Angelũ; hũc enim, nec immeritò *Quomodo Angelus offenſus placari queat. Iud. 13.*

nuncupabat Dominũ ſuum. Reſpondit autem ſagaciſsima mulier, *ſi nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſta & libamina non ſuſcepiſſet*. Si itaque læſum Angelicum Cuſtodem tuum placare cupis, ad altare confugiens ſacrificium in honorem ipſius Deo offer; quin erige ei ꝓprium altare in templo cordis tui, in quo quotidie non vnũ, ſed aliquot ipſi deuotionis & ſanctarum orationum hoſtiæ conſecrentur.

CAPVT XX.

QVOT MODIS INIRI poſſit ſancta quadam cum Angelo Cuſtode familiaritas.

CVM Cuſtode Angelico nonnunquam familiariter conuerſari, & licet & expedit, vt hac ratione noſtra erga ipſum confidentia augeatur; iſtud abſque dubitatione Sanctus Berardus voluit, cum Auditores ſuos taliter hortaretur: *Habetote familiares Angelos, Fratres mei, & frequentate eos ſedula cogitatione, & deuota oratione,* (Ber. ſer. 1. de Ang.)

quia ſemper nobis adſunt ad cuſtodiã & conſolationem. Et alibi, *vt ampliorem* inquit, *de cætero erga Beatos Angelos fiduciam habeatis, familiarius in omni neceſſitate veſtra eorum inuocetis auxilium.* Cæterum in doctrinâ eiuſdem Bernardi, talem oportet eſſe hanc familiaritatem, vt Angeli aliquam ex eâ voluptatem percipiant; neque enim vt iuſcuiuſque conuerſatione delectantur, ſed eorum duntaxat, qui ſobrietati, caſtitati & paci addicti ſunt. *Si tam neceſſariam* inquit ille, *habemus familiaritatem dignationis Angelicæ, cauenda nobis illorum offenſa, & in his maximè exercendum, quibus eos nouimus oblectari. Sunt enim plurima quæ his placent, & quæ in nobis inuenire delectat, vt eſt ſobrietas, caſtitas; attamen ſuper omnia hæc vnitatem & pacem à nobis exigunt, Angeli pacis.* Videamus itaque cuiuſmodi conditionibus familiaritas hæc noſtra affecta eſſe debeat. *Ibid.*

Tres modi familiaritatem ineundi & exercendi cum Angelis.

Primus modus familiariter conuerſandi cum Angelis.

Deuotus quidam Religioſus tres modos annotat, quibus homines ſubinde cum Angelis cõuerſamur. Primus eſt, quando plures Angeli Cuſtodes in vnum coëunt, vti accidit, cùm noſtrum aliquis tractat cum alijs hominibus. Tunc enim non aliter ſeſe vnuſquiſque habere debet, quàm ſi aulicus quiſpiam corã Domino ſuo, & alijs ipſi adſiſtentibus optimatibus loqueretur, id eſt, humillimè mõdeſtiſſimeque. Deinde ſpecialem reuerẽtiam exhibere decet Angelis ſodaliũ noſtrorum, quia in ſententia Chriſti Domini, *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.*

Secũdus.

Secundo modo cũ Angelo agim⁹, quãdo tractamus cũ Deo, ac tũc inſtar Mediatoris cauſam noſtrã promouet, *Quando orabas* inquit Angelus ad Tobiam, *cum lacrymis; ego obtuli orationem tuam Domino, &c.* Proinde, quotieſcunq; à Deo beneficiũ aliquod petimus, ad Angelum

con-

cõuertamur, humiliter eum implorantes, quaten⁹ preces noſtras diuino cõſpectui præſentare velit, & ſuâ impetrare interceſſione, quod noſtræ oratio humilitatis nequaquàm præſumit.

Recogita ergò, inquit S. Bernardus, quantâ reuerentiâ ad orationem te accedere deceat: Nam profectò maximè dolendum eſt, videre aliquos in ſacris vigilijs ſomno vinci, nec vllâ vti Reuerentiâ ergâ Angelos, à quibus tamen omnes vitę ipſorum actiones notantur. Sed quàm timendum illis, nè ab Angelis deſerantur? *Longè feciſti notos meos à me.* Optimè huic loco quadrat ſententia Diui Bernardi, elegantiſſima ſolidiſſimaque, quam propterea genuinis Authoris verbis impræſentiarum repetendam duxi: *Doleo proinde*, inquit ille, *aliquos veſtrum graui in ſacris vigilijs deprimi ſomno, nec cœli ciues revereri, ſed in præſentia Principum tanquàm mortuos apparere, cùm veſtrâ ipſi alacritate permoti*

Quanta reuerentia orandum ſit. Bernard. ſerm. 7. in Cantic.

*moti, veſtris intereſſe ſolennijs dele-
ctentur, vereor, nè veſtram deſidiam
quandoque abominantes, cum indi-
gnatione recedant, & vnuſquiſque
veſtrum ſerò cum gemitu dicere Deo;
longè feciſti notos meos à me, poſue-
runt me abominationem ſibi.* Et il-
lud; *Elongaſti à me amicum & pro-
ximum, & notos meos à miſeria.*
Item; *qui iuxtà me erant, de longè
ſteterunt, & vim faciebant qui quæ-
rebant animam meam.* Pro certo e-
*nim, ſi ſe à nobis boni ſpiritus elonga-
uerint, impetus malignorum quis
ſuſtinebit?* Dico ergò ijs, qui eiuſmodi
ſunt; Maledictus, *qui facit opus* Dei
negligenter. Dicit quoque, *non ego,
ſed* Dominus; *vtinam te calidum aut
frigidum inueniſſem; ſed, quia tepidus
es, incipiam te euomere ex ore meo.
Quapropter attendite* Principes *ve-
ſtros, cùm ſtatis ad orandum vel pſal-
lendum, ſtate cum reuerentia & di-
ſciplina, & gloriamini, quia* Angeli
veſtri quotidie vident faciem Patris,
*nimirùm miſſi in miniſterium propter
nos, qui hæreditatem capimus ſalutis,*

deuo-

deuotionem noſtrã in ſuperna ferunt, referunt gratiam: vſurpemus officiũ, quorum ſortimur conſortium, vt in ore infantium & lactentium perficiatur laus. Dicamus eis; pſallite Deo noſtro pſallite. laudem ergò cum cœli cantoribus in commune ducentes, vtpotè ciues ſanctorum & domeſtici Dei. pſallite ſapienter.

Sed potiſſimùm in Eccleſijs modeſtiam ac deuotionem exercere conuenit, quia Angeli quidam ſpecialiter ad earum cuſtodiam deputantur, vt ſuperiùs exemplis & teſtimonijs S. Scripturæ oſtenſum eſt. Quibus adiungo, particulari reuerentiâ honoranda eſſe Deo conſecrata altaria, nam ſingula altaria à ſingulis cuſtodiuntur Angelis; de quo neminẽ dubitare ſinit, imprimis deuotus & humilis eorum affectus, quo iuxta Deum omnia etiam ipſi dedicata, ædificia venerãtur, deinde id, quod traditur in Prato ſpirituali, cuius libri authoritas etiam in ſecundâ Synodo Nicænâ multùm valuit.

Reuerentia Eccleſijs habenda.

Item Altaribus.

Prat. ſpirit. Act. 4.

Vid. Lipomã. in præfat. ad pratũ ſpirituale.

Prin-

Apparitio Angeli ſupra Altare. Principiò enim in illo cõmemoratur, Eremitam quendam, cùm ingreſſus fuiſſet in ſpeluncam Abbatis Barnabæ, vidiſſe ſupra altare, quod idem Abbas cõſecrauerat, cœleſtem Angelum, qui rogatus ab Eremita, quidnam ibi ſibi vellet; reſpondit, præſentem locum, ex quo conſecratus fuerat, cuſtodiæ ſuæ à Deo commendatum eſſe.

Pratum ſpiritual. Idem ibidem accidiſſe legimus Abbati Leontio, qui dominicâ die Eccleſiam introiens, conſpicatꝰ fuit *Similis apparitio.* Angelũ erecto corpore ſupra dexterã partem altaris ſtantem, & ſpectaculo terrefactus, ad Cellam rediit; huic igitur cùm appropinquaret, audiuit vocem de cœlo dicentem ſibi, Altare illud vſque à die conſecrationis commiſſum fuiſſe protectioni Angeli, qui in eo viſibili formâ ſe ſpectandum præbuerat.

Tertius modus cõtrahẽdi familiaritatẽ cũ Angelo. Tertio modo contrahitur familiaritas & ſancta quædam conſuetudo cum Angelo Cuſtode, quando ſoli cum ſolo loquimur; & hæc ordinariè duplex eſt, prima timida & humi-

humilis, vt cùm agnoſcimus ac reueremur Angelum iuſtitiæ & vltionis diuinæ, ſecunda amabilis & fiduciæ plena, ſecundùm quam complectimur eum vt miniſtrum Miſericordiæ, de quibus ſuperiùs vberiùs tractatum eſt.

CAPVT XXI.

QVALES OPORTEAT ESSE conditiones familiaritatis initæ cum Angelo, tanquam miniſtro iuſtitiæ, vt eum reuereamur.

TRIBVS conditionibus affecta eſſe debet familiaritas noſtra cum Cuſtode Angelo, dum reueremur eum vti miniſtrum diuinę iuſtitię, alioquin tam ab ingenuo timore, quàm Chriſtianâ modeſtia procul aberit. Primò itáq; cauendũ, nè in pſentiâ ipſi⁹ ad indecẽtiã aliq̃ effundas te, vel ſolum pedem nudando, nam idcircò voluit S. Paulus fœminas in Eccleſijs etiam capita velare, cuius præcepti occaſione hortatur vnũquemq; noſtrũ S. Bernardus,

Prima cōcluſio. *1. ad Cor. 2.* *S. Bern. ſer. 12. in Pſal. 90.*

nardus, *In quouis diuerſorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe; nè audeas illo præſente, quod vidente me nō auderes.* Et ſicut puer non audet in ciuitatem vel inſolentiam aliquam exercere coram Pædagogo ſuo; ita nec tu coram oculis Angeli, *Angelum*, inquit S. Chryſoſtomus, *habet vnuſquiſque credentium; ſi ergò Angelum habemus, ſobriíſſimus, tanquam ſi pædagogi quidam nobis adeſſent.*

Chryſo. hom. 3 in epiſt. ad Coloſſ.

Altera conditio. Secundò eriges altare in corde tuo, & omnia, quàmuis minima, beneficia tanti pendes, vt nec iſta, non dicam maiora, te recompēſare poſſe exiſtimes. Et quandoquidem ſingulis propè momentis noua per Angelos dona in nos collocantur, ſæpiſſimè etiā aut ad minus quoties horam ſonat, gratiarum actio repetendi foret, maximè pro illis, quæ recenter accepimus, cùm inceſſabili ſollicitudine commendatos ſibi fideles defendant ac dirigant, *In manibus portabunt te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Alioquin timen-

Pſal. 90.

timendum, nè, læſi ingratitudine noſtrâ, conſuetum benefaciendi morem abrumpant. Illuſtre exemplum reuerentiæ erga Angelos dictatur in libro Ioſue. Cùm enim generoſiſſimo huic bellatori, priuſquàm Ierichο deſtrueret, Angelus Domini viſibiliter apparens, opem ſe laturum polliceretur; ille beneficij magnitudine ſuperatus, in terram proſtrauit ſe, & adorans cœleſtem ſpiritum, omnia quæ ſibi imperarentur præſtare promiſit, *Cecidit Ioſue pronus in terram, & adorans ait, quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum?* Nec Angelus hoc contentus, præcepit Ioſue, calceamenta ſolueret in ſignum profundæ reuerentiæ, *Solue*, inquit, *calceamẽta de pedibus tuis, locus enim, in quo ſtas, ſanctus eſt.* Sanctus habebatur locus, inquit gloſſa & Lyranus, quia Angelica dignitas ibi ſe ſpectandam obtulerat. *Ioſ. 5.* *Lyran. ibid.*

Tertiò cauebis Angelum tuum offendere, idque tantò ſollicitiùs, quantò faciliùs contra puritatem &

con-

cõtinuam eius munificentiam peccatur. Atque hunc reſpectum ac ve-
Bernard. ſerm. 1. de Angelis. nerationem inculcat nobis D. Bernardus ſubiunctis verbis: *Penſate, quanta etiam nobis ſollicitudo opus eſt, vt dignos nos exhibeamus eorum frequentiâ, & eo modo conuerſemur in conſpectu Angelorum, nè fortè ſanctos offendamus obtutus: Væ enim nobis, ſi quando Angeli, prouocati peccatis, & negligentijs noſtris, indignos nos iudicauerint præſentiâ & viſitatione ſua, vt iam neceſſe habeamus cum Propheta plangere, & dicere:* Pſal. 37. *Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt, & qui iuxtà me erant, de longè ſteterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meã: elongatis nimirùm eis, quorum præſentiâ protegere, & propulſare poterat inimicum.*

CAPVT XXII.

QVALEM OPORTEAT ESSE familiaritatem noſtram cum Angelo cuſtode, tanquàm miniſtro miſericordiæ, vt eum amemus?

Amor

AMOR hic erga Angelum cuſtodem ex tribus capitibus naſcitur, primò ex pulchritudine Angelicâ, quæ quàm eximia ſit, ex eo cognoſci poteſt, quòd Moyſes eã explicare noluit, nè populus degeneraret ad idololatriam: ita Chryſoſt. cum Diuo Thoma ſentiũt. Secundò ex Angelicâ bonitate, quãdoquidẽ Angeli ſemper Deo placuerunt, & nè leuiſſima quidẽ præuaricationis macula illis adhæſit. Tertiò ex incõparabili, quod de manu eorum recipimus, emolumento, de quo in ſuperiorib. tractatum eſt. *Angeli, inquit S. Auguſt. ambulant nobiſcum in omnibus vijs noſtris, intrãt & exeunt nobiſcum attentè conſiderantes, quàm piè quàmque honeſtè conuerſemur, &c.*

Amor erga Angelos ex tribus capitibus naſcitur.

Itaque amabilis hæc cum Angelo noſtro conuerſatio quatuor conditionibus ornari debet. Quarum prima eſt, vt ſit verecũda, propter peccata pterita, pſentia, & fortaſſis futura. Altera, vt doloroſa ſit, ppter offensã ſcilicet ipſi⁹ maieſtatẽ; hoc enim

Prima conditio familiaritatis cũ Angelo.

Secunda.

enim poſtulat partim debitum amicitiæ, quam cum eo contraximus, (vnde comitem ſe nobis ac ducem præbet) partim lex iuſtitiæ, quia multifarijs muneribus cumulauit nos, & partim denique Chriſtiana pietas, quia profuit nobis ad inſtar patris & matris. *Tertia.* Tertia, vt cum ſancta quadam confuſione ac pudore coniuncta ſit, qui ex eo naſcitur, quòd vitiorum excæcati tenebris, nec venuſtatem Angelicam, nec ſplendorem beneuolentiæ, nec lucem charitatis aduertimus, & tam magnificâ ipſius promiſſa, ac pręmia, minoris æquo æſtimamus. *Quarta.* Quarta, vt grata ſit, & confirmata propoſito hanc ingratitudinem in ſeipſo caſtigandi, imò verò ſponte Angelicæ correctioni te ſubmittere deberes, & gloriari, quòd dignus habitus ſis, quem tantæ poteſtatis flagella à vitiorum torpore ad Chriſti obſequium excitarent. Naſcitur autem hæc gratitudo ex multis beneficijs ab Angelo in te collocatis, quorum aliqua quidem obſeruaſti,

uaſti, alia verò minimè; & quædam præſtita tibi ſunt etiam nolenti, ac repugnāti, vt cum violentâ quodammodo manu attraherereris ad inſtar Loth, quem Sodomis exire recuſantem Angeli coëgiſſe leguntur, *& diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius &c. eduxeruntq́; eum, & poſuerunt extra ciuitatem.* Gen. 19. Porrò tantò maiorem eſſe decet hanc gratitudinem, quātò celſior eſt perſona, quæ beneficia ſupradicta communicat, nimirùm Angelus, qui in diuinis paginis *altitudo cœli* nominatur, recipiente, id eſt homine, omnis vanitatis ac vilitatis ſentinâ.

Quòd autem ex dignitate donantis potiùs, quàm ſecundùm ſe, donū æſtimare deceat; manifeſtum eſt non tantùm in doctrina Theologorum, verùm etiam ex communi more gentilium. Vnde narratur ad hoc propoſitum in geſtis veterum Romanorum, Scipionem Africanum, cùm neſcio quem rebellionem cōpeſcuiſſet, in diuiſio- *S. Tho. 3. p. S. ho. laſtici in 3 ſent. Scipio Africanus.*

I ne ſpo-

ne ſpoliorum iuſſiſſe incredibilem auri ſummam tradi gregario cuidam militi, vt nè is queri poſſet, parcius ſibi præmium obtigiſſe, quàm virtus ſua & infracta animi magnitudo meruerat. Miles indignabundus mox acceptum aurum tanquàm vile munus in terram abijcere, quod vbi ad Scipionem delatum eſſet, agnouit generoſitatem militis, eumque accerſitum donauit monili argenteo ita dicens, Imperator exercitûs hoc tibi monile dono dat. Itaque miles, abundè ſatis ſibi factum exiſtimans, lætus ad caſtra redijt, & eo nomine ſolùm pluris pependit monile argenteum, quàm maſſam auream, quia illud ſibi à Duce met, hæc à Ducis miniſtro porrigebatur. Tobias iunior, poſtquàm beneficia, quæ per Angelum acceperat maxima, ſedulò conſideraſſet, talibus verbis decrepito Patri locutus eſt: *Pater, quam mercedem dabimus viro huic?* (hominem quippè illum eſſe ſuſpicabantur) *aut quid dignum poterit eſſe benificijs*

De gratitudine Tobiæ.
Tob. 12

cijs eius? &c. ſed peto te, Pater mi, vt roges eum, ſi fortè dignabitur medietatem de omnib⁹, quæ allata ſunt, ſibi aſſumere, ſumma reputans beneficia ab eo profecta, quem hominem eſſe ſibi perſuaſerat. Cùm verò agnoſceret, negotium ſe habere cum Raphaële Archangelo, tantum eiuſdem beneficij æſtimationi acceſſit, vt modum ac medium ignorans illud recompenſandi, per tres horas ſeſe in terram proſterneret, ac deinde in ſe reuerſus, omnes propinquos recentis prodigij narratione ad laudandam Dei potentiam excitaret.

* * *

CAPVT XXIII.

DE TENTATORE *Diabolo.*

Vnumquemq; hominem, vti hinc à proprio cœleſti Angelo cuſtoditur, ita inde per deſignatum aliquem diabolum impugnari.

NVLLVM cœleſtium auxiliorum ac ſtratagematum genus eſt, quin ſicut à Deo ordinantur ad ſalutem noſtram; ita diabolus qui irreconciliabili vbique odio animam humanam perſequitur, nouas ſemper technas & impedimẽta illis obijciat. Vnde animaduertens vnicuiq; mortalium aſſignari beatum aliquem Angelum ad cuſtodiam, voluit è contrario, vt ſui ſatellites permittente Deo obſiderẽt & conuellerent eos ad æternã ruinam, atq; hinc nemo noſtrum gloriari poteſt, ſe à tartareo illo hoſte ſecurum eſſe, quia quotquot in terrâ vi-

râ viuimus, ad peccata tentationis ipſius ſtimulis incitamur, id quod colligere eſt ex diuerſis Scripturæ locis. In Geneſi, perſuaſit primis parentibus eſum interdicti pomi ſub formâ ſerpentis. In Euangelio Ioannis, in cor Iudæ illapſus eſt, vt vrgeret eum ad proditionem Chriſti magiſtri ſui, *Cùm diabolus iam miſiſſet in cor Iudæ, vt traderet eum.*

PaulusApoſtolus integras epiſtolas conſcripſit & pręcipuè ad Epheſios de continuo bello, quo mortales cum malignis ſpiritibus id eſt mundi huius principibus dimicamus. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & poteſtates, aduerſus Mundi Rectores tenebrarum harum.* Diuus Petrus quaſi in ſpeculâ conſtitutus diu noctuque monet, *ſobrij eſtote, vigilate, quia Aduerſarius veſter tãquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Licet autem ex recitatis textibus perſpicuè non colligatur, quemlibet à peculiari Cap. 6.

dæmone exerceri ac moleſtari, Veriſimile tamen eſt, ſi conſideremus non minus inexpiabile odium, quàm inexplicabilem aſtutiam inimici noſtri, ordinem hunc inuiſibilib. armis homines adoriendi, vt nimirum ſinguli cum ſingulis dæmonibus congrediantur, præſcribi à ſuperiore aliquo diabolo: atque ita ſacri Doctores ſentiunt. Sed paucorum duntaxat ſententijs contentus ero. Sanctus Gregorius Nyſſenus, *Occultior*, ait, *quædam traditio eſt, vetus ſermo ad nos vſque deſcendit, Angelorum aliquem in adminiculum cuique conſtitutum fuiſſe: naturæq; noſtræ corruptorem in omnibus contra annitentem prauum aliquem atque maleficum dæmonem ad malè viuendum homines impellentem ad ſingulos deſtinaſſe.* Accedit Tertullianus, *Cui hominum non adhærebit ſpiritus nequã ab ipſa etiã ianua natiuitatis animam aucupabundus?* Apoſtolus, nè diſſentire videatur, omnia hæc teſtimonio ſuo confirmat: *Datus eſt mihi ſtimulus carnis*

Bed. in c. Act. 12. Hug. Victor. c. 6. ſum. ſent. Magiſter in 2. diſt. 11. S. Thom. ib. Alenſ. 2. p. q. 41. Abul. q. 65. in c. 8 Matt. Perer. in c. 10. Dã. Maldon. in c. 18. Matth. Nyſſen. in vita Moyſis. Tertull. & alij.

2. Cor. 12

nis mea Angelus Sathanæ vt me colaphizet.

Commemoratur denique in vitis ſanctorum Patrum, quendam ex illis vidiſſe forte fortunâ conglomeratos omnes diabolos; vnum autem quaſi ducem ac principem ex cæteris inquiſiuiſſe de peccatis, quæ quiſque malitiâ ſuâ in mundo eâ die procuraſſet: mox miris laudibus extuliſſe victores; alios verò qui ſanctorum hominum conſtantia victi ceſſer, ante ſeueriſſimis ſupplicijs caſtigaſſe. *Exēplum*

Nihilominus ad conſolationem noſtram notandum eſt, id quod à Diuo Thomâ affirmatur, dæmonem in certamine ſuperatum victorem relinquere, & aliquo ſaltem temporis ſpatio à conſueta tentandi licentia ſibi temperare, dicente Beato Luca, *conſummata omni tentatione diabolus receſſit ab illo vſque ad tempus.* Paulò poſt verò eum vires reſumere, ac prælium redinte- *S. Tho. 1. p. q. 114. art. 5.* *Luc. 4.*

dintegrare, probat idem Angelicus
Matt. 12. Doctor ex verbis Matthæi, *Reuertar in domum meam vnde exiui.* Angelus Custos autem propter nullum quantumuis enorme peccatum ſic
Vid. cap. 6. omninò deſerit nos, quin ſemper aliquam, vt ſupra docui, ſalutis noſtræ curam retineat.

CAPVT XXIV.

DE LAQVEIS AC FALLAcijs quibus dæmon ad tentandum accedit.

TOT tamq; variæ deceptiones ſunt, quibus dæmon quantum eſt in ſe animas noſtras illaqueat, vſque adeò etiam vigilanter minimam quamque occaſionem victoriæ aucupatur, vt quamprimum à cuſtodia cordis deſiſtimus, adoriatur nos & ſæpè ſupplantet; Vnde non im-
Cap. 6. meritò ſcribebat ad Epheſios ſuos Apoſtolus, cũ diſcrimen pugnæ noſtræ quadantenus adumbrare vellet, quæ ſane tanto periculoſior eſt, quanto infernalis hoſtis ſi naturam eius

eius ſpectemus potentior, & ſi artem callidior. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & poteſtates tenebrarum harum.* Celebris viſio ad hoc propoſitum vt narratur in libris Regum Micheæ demonſtrata fuit. Vidit namque *Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris*, quorum eos qui dexteram ſtipabant exiſtimat Gregorius fuiſſe Angelos bonos, alios qui ſiniſtram malignos. Cum autem ſiniſtris hiſce à Deo permitteretur, vt Achab deciperent, commeruerat enim, inquit Gregorius, vt diabolicis fraudib⁹ ad occultum peccatum induceretur, quia ſæpè in manifeſta ceciderat, poſtquam vnus hunc, alius alium decipiendi modum propoſuiſſet, demum qui omnium erat cordatiſſimus, obtulit ſe ſe dicens, *Ego decipiam Achab.* Et mandante Deo, vt idem diabolus artem quam inuenerat eum circumueniendi aperiret, reſpondit ille,

3. Reg. 22

Greg. to. 1. in ca. 1. Iob.

Ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Hanc viſionem prolixo ſermone explicans D. Gregorius. *Quid eſt*, inquit, *quod à dextris, & ſiniſtris ſtare perhibetur? Deus enim qui ita eſt intra omnia, vt etiam ſit extra omnia nec dextera nec ſiniſtra concluditur. Sed dextera Dei Angelorum pars electa; ſiniſtra autem Dei pars Angelorum reproba deſignatur. Vnde & mox fallax ſpiritus in medio proſiluiſſe deſcribitur, per quem Achab Rex exigentibus ſuis meritis decipiatur, qui ex præcedentibus peccatis dignus erat, vt tali debuiſſet deceptione damnari, vt quatenus qui ſæpè volens ceciderat in culpam, quandoque nolens caperetur ad pœnam.* Cæterum ad huius rei confirmationem cum Saul operâ Pythoniſſæ Samuelem ſuſcitare niteretur, vt eum de modo aliquo Philiſthæos comprimendi conſuleret, permiſit Deus, quemadmodum Lyranus & Auguſtinus notant, apparere illi ſub formâ Samuelis dæmonem dicentem, *Cras tu & filij tui mecum.*

1. Reg. 28. *Lyran. ibid.* *Aug. ad Simpl. & libr 8. quæſt.*

mecum eritis, quæ verba proficiſci non potuerũt ex ore Samuelis, quoniam manifeſtè falſa erant; neque Saul ad Limbum Electorum vbi Samuel detinebatur admiſſus fuit, ſed præcipitatus ad inferos, & iuxta Abraham ingenti chao alter ab altero ſeparatur.

Dæmon aſſumpta ſpecie Samuelis Saulem decipit.

At quanto deceptiones dæmonum, ſicubi formam exteriorem Angeli lucis prę ſe ferunt, terribiliores ſunt, tanto minus officiunt; & econtrario minor eſt formido & amplius damnum, quando accinguntur dolis occultis, & malum aliquod nobis perſuadent ſub prætextu bonitatis. Genus hoc inuiſibilium deceptionũ accuratè detegit demonſtratq́; exercitatiſſimus ſpiritualis militiæ ductor Greg. ad textũ illum B. Iob loquentis de equo, *vbi audierit buccinam dicit Vah: non timebit exhortationem ducum & vlulatũ exercitus.* Intelligit. n. *per vlulatum exercitus* tentationẽ manifeſtam ſiue iræ, ſiue ſenſualitatis, qua ordinariè impetuntur peccatores, & ſubinde etiam

Deceptiones dæmonis quo occultiores, eo perniciosiores ſunt.

Iob. 39. Greg. ibi.

viri ſancti, quemadmodum Paulo accidit. *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, &c. Per exhortationem ducum*; tentationes occultas quæ ſub ſpecie boni inſinuantur, quia dux hortatur exercitum ſubtilitate argumentorum, & efficaciâ rationum; ſine ſtrepitu aut tumultu aliquo, vt animum addat militibus eoſque ad rem præclarè gerendam inflammet. *Vlulatus* verò *Exercitus* idcircò duntaxat excitatur, vt hoſtibus innoteſcat, æmulos ſuos iam ad conflictum ſe ſe armaſſe & animaſſe. His pręmiſſis arbitratur Gregor. verba Iob in eũdem equum quadrare, quem poſtmodum deſcripſit Ioannes in Apocalypſi, cui inſidebat Angelus gladio pariter & coronâ conſpicuus. Et per equum perſonam iuſti deſignari, qui directus ac protectus ab Angelo cuſtode nec vlulatum exercitus id eſt tentationem manifeſtam timet : nec exhortationem ducum, id eſt occultas ſub vmbrâ bonitatis inſidias. Nam quo

2 Cor. 12

Apoc. 19.

pacto

pacto imperator militiæ accendit, vt ſupra docui, acies ſuas ad prælium proponendo rationes, quibus communiter homines ad ardua audenda facinora incitamur; ſic Diabolus boni ſpecie permouet ſubinde animam ad opus aliquod, cuius ſi deinde principium ac finem attentè reſpicimus, manifeſtum fit, proceſsiſſe illud non ex zelo, ſed paſsione, & diuinam Maieſtatē illam et actione quâ placari debebat, fuiſſe offenſam. Circa hanc deceptionem idem Gregorius explicans alterum textū Iob: *Siue nobiles fuerint filia eius, ſi ne ignobiles nō intelliget*, affirmat, nō poſſe à nobis cognoſci, vtrū opera quæ patramus & nominare conſueuimus partus ſiue filios animæ, Deo placeant an verò diſpliceant, quia ſcire non poſſumus, ex bonâ nè, an ex peſtilenti radice oriantur, *etiam ſi*, ſubiungit ille, *ſubtili examine diſcutiantur, ſiue approbentur, ſiue reprobentur*, ignoratur. Ratio autem huius rei à Theologis ac philoſophis moralibus hæc aſsignatur. Quia vo-

Iob. 14.

Opera mala aliquando palliata zelo bono.

Cur cogitationes tali

lientur aliquando ſpecie boni. luntas circumuentâ paſsione aliquâ delectabili, attrahere poteſt veluti cæterarum regina potentiarum etiã Intellectũ, & lumen rectæ rationis extinguere, quo minùs inordinata paſsio vnde reuera naſcitur cogitatio illa bono zelo aſtutè palliata, deprehẽdatur: atq; horsũ pertinere videtur ſępedicto Greg. alterũ locũ Iob, *Cum enim dulce fuerit in ore eius malũ*, id eſt palato volũtas ſapuerit, *abſcondet illud ſub lingua ſua*, id eſt, ſub Intellectu, & propterea, *parcet illi, non derelinquet illud & celabit in gutture ſuo.*

Cap. 20.

Saul ſub prætextu pietatis Deo reſiſtit. Multa in hanc partẽ exempla recenſentur in ſacris literis. Nã imprimis præceperat Deus Sauli, Amalecitas adoriretur ac deleret, eouſque, vt nec homo nec beſtia aliqua ibidem relinqueretur, ad vindictam ſcilicet intolerandæ crudelitatis, quá ipſi aliquando Iſraelitas oppreſſerant.

Egreditur ergò Saul, vincit ac necat homines & animalia, vti Deus mandauerat. At multis parcit,

cit, viuum relinquens imprimis ipſum Agag, deinde ex armentis, quæ meliora erant. Neque hac diſsimulatione reputabat aliquod ſe peccatum admittere: quia viuum conſeruare Regem, pietatis videbatur; boues autem & pecora religionis, vt his in ſacrificium cæſis læſa aliquando diuina patientia placaretur. Vnde cum Propheta Samuel propter tranſgreſsionem mandati Domini eum increparet, Reſpondit Saul: *Immò audiui vocem Domini, & ambulaui via, per quam miſit me Dominus, abduxi Agag, & interfeci Amalec. Tulit autem de præda populus oues & boues, primitias eorum quæ cæſa ſunt, vt immolet Domino Deo ſuo.* Non credidit ergò Saul, aliquâ parte ſe præceptum Domini violaſſe. Et nihilominus apertæ ab eo inobedientiæ argutus, ideoque caſtigatus eſt, permittẽte Deo, vt regnum pariter & vitã amitteret; quia totũ illud facinus proficiſcebatur ex occulto inordinato affectu dominandi & cupiditate prædæ, tametſi Saul

hanc

hanc intentionis ſuæ iniquitatē nequaquam aduerteret; cum prætextu pietatis & cultus diuini à cacodæmone deciperetur.

Documenta S. Gr. Naz. circa dictum exemplum. Diſcamus ex hoc exemplo, inquit S. Grego. Nazianzenus vbi interpretatur præſentem locum, quanti periculi ſit, laborare immodicâ cupiditate honoris, diuitiarum, aut alteriꝰ id genus perituri boni; licet enim morbus exiguis generetur initiis; tandem tamen accedente occaſione totam animam inextinguibili ſiti conficit. Quis dubitet inquit ille, Saulē principiò aliqua etiam ratione ſpiritualē fuiſſe? At quia nō ſe totum ſpiritui præbuit, retinendo immoderatū quoddam deſideriū dominandi, hinc Deo extitit inobediens, deceptus nimirum zelo religionis diuinæ, eouſq; vt mortem deniq; ac æternam damnationem propriâ ſibi dextrâ conſciſceret.

Secundū documētum. Diſcant inſuper ex eodem exemplo (addit alius) Magnates & Principes, & qui officiis publicis fungūtur, quanti momenti ſit, vt obligationem

tionem ac debita officiorum ſuorum probè intelligant; quia non ſemper excuſari eos per ignorantiã, liquidum fit ex hiſtoria Saulis iam relata.

Sed multò terribilius apparet exemplum Prophetæ illius, qui miſſus à Deo ad Ieroboam in Bethel, & prohibitus ibidem cibum guſtare, cum eò perueniſſet, & inuitaretur à Rege, *Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera*, intrepidè reſpondit, *ſi dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum nec comedam panem, neq; bibam aquam in loco iſto.* Reuertenti autem illi per aliam viam, prout Deus indixerat, occurrit Senex quidam pſeudopropheta, qui inuitans eum vt nonnihil refocillaret, in domum ſuam, ſe quoque Prophetam eſſe aſſeuerauit, neque vllo nomine eiuſmodi refectionem Deo diſplicere poſſe. Cum igitur ille partim itineris labore confectus, partim etiam fame, & ſitis vehementia cruciaretur, facilè inductus eſt, maximè inſti-

3 Reg. c. 13.

Propheta verus à falſo propheta deceptus morte mulctatur.

inſtigante occultâ paſsione famis, vt perſuaderet ſibi, ꝙ alioquin nō niſi difficillimè crediddiſſet. Sed pſpicuè oſtēdit De⁹, quātū ſibi hic error diſpliceret, tāetſi inductus in eum eſſet ſu⁹ Propheta per Prophetā incognitum, qa ille domū repetēs in itinere à Leone ſuffocatus fuit; ac nè dubitaretur, vindictā hanc diuinitus ei accidiſſe, Leo cadauer ipſius intactum aliquādiu cuſtodiit. Caueant tàm atroci docti exēplo, qui ad ieiunium aut abſtinentiā adſtringuntur, nè facilè ſenſualitati ſuæ, quantumuis nonnulla appareat ſpecies excuſationis, conſentiant. Diſcant etiam, qui vocatos ſe agnoſcunt ad ſtatum aliquem Chriſtianæ perfectionis, non cedere teneris affectibus parētum, qui filios ſubinde aut prætenſâ pietate, aut vmbrâ maioris boni à Cruce Chriſti auellunt; ſed grauiſsimæ vltionis recordentur, quâ antedictus Propheta à Deo percuſſus fuit propter illāmet actionē, quâ iudicabat diuinæ ſe iuſsioni obtemperare.

Documenta circa idē Exemplum. V. Ariſt. p. 3. c. 19.

Porrò

Porrò non omittam ad vberiorem inſtructionem & cautelam noſtram, hiſtoriam quæ recitatur in formulâ beneviuendi, annexa Concilio Coloniẽſi, de pauperculo quodã Anachoretâ, cui ſimili deceptione à Sathanâ illuſum fuit. Cum enim è cellâ ſuâ fortè fortunâ egrederetur, offendit in ſolitudine puellam Virginem, quæ viarũ ignara, à recto itinere aberraret; poſteaquam igitur ſciſcitanti, quò tenderet, ab illa reſponſum eſſet, Peregrinationem ſibi incumbere ad Aedem Deiparæ Lauretanam, hic pio vt videbatur zelo, ſed reuera naturali propenſione ac tenerâ ſympathiâ excitatus, comitem ſe illi adiunxit, vt nè tutorem aliquem tot expoſita periculis puellæ pudicitia deſideraret. *Anachoreta quidam deceptus ſpecie pietatis in fornicationem cadit.*

Verum exiguo poſt temporis ſpatio, ex occultâ radice manifeſtum peccatum pullulare cœpit, eouſque donec quotidiana cõuerſatio in obſcœnum amorem degeneraret.

Hæc

De fugâ malarũ occaſionum. Hæc iis dicta ſint, qui facilè ſe peruerti ſinunt à Dæmone, neq; occaſionem peccandi fugiunt, aut quia leuiorem reputant, quàm vt fugâ aut diſcuſsione indigeat; aut quia ſpeciem aliquam pietatis in eâ imaginãtur. Nam magni effectus initiis ſubinde admodum tenuib⁹ oriri ſolent. *Dan. 2.* Exilis equidem lapillus erat (ſi literã ſequimur) qui de monte nullâ manuum operâ excidebatur, ſed ingens Coloſſus quem contactu ſuo proſtrauit. *Gen. 3.* Quicunque igitur ad victoriam anhelat, circumſpectus ſit, & minimam quamuis mali occaſionem deuitet; hac enim de cauſâ Eua iudicabat, Deum ſibi non eſum duntaxat verum etiam tactũ pomi prohibuiſſe. Identidem vetuit Deus in libro Numerorum Nazaræis, nè vinum biberent; at occaſionis tollendæ gratia etiam vuas interdixit, nê harum guſtu deſiderium vini accẽderetur. Adhęc cum Templum mundari vellet, idola non tantùm præcepit ex eo eliminari, ſed quo omne inſuper veſtigium aut memoria eo-

rum

rum aboleretur, in cineres redigi. Quocirca conſiderandum, occaſionem, cum vicina eſt, peccati vmbram eſſe: quo pacto autem vbi vmbra apparet, non propinquum ſit corpus? ideoque qui non fugit occaſionem dici poteſt conſiſtere, *in regione vmbræ mortis*, id eſt in confinibus mortis ac vitæ vbi conſequenter de ſalute hominis ambiguè litigatur. Vnde Iob Sanctiſsimus licet, ac diuini cultus Zeloſiſsimus, ꝓpagator, adeò circumſpectum tamen ſe fuiſſe ipſe teſtatur, vt nunquam eleuare præſumeret oculos ad plenam Lunam, nè qua illi de idololatriâ cogitatio oboriretur, & ſimilis euaderet cæco temporis ſui vulgo, quod dictũ planetam diuinis frequentatis honoribus adorabat.

Quę cum ita ſint, ex caſu miſeri illius Eremitę, quem ſupra ſpecie pietatis deceptum docui, infertur in ſuprâcitato Concilio Colonienſi horribilis, ſed communis Sanctorũ Patrum ſententia: *Nihil periculoſius eſt bona voluntate*, ac proinde neceſ- **NB.**

ſe eſt,

loquens, *Verebar*, ait, ***omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti.*** *Iob. 9.*

Eodem vſus fuit Propheta Dauid, qui eouſque in perſcrutatione cordis ſui perſeuerabat, donec deprehēderet imperfectionum ſuarum radicem: ***Meditatus ſum nocte cum corde meo, exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum.*** vbi alia lectio habet, perfodiebam: vt ſignificetur, eum quaſi quodam meditationis ſarculo penetraſſe tandem ad inordinatam paſsionem, vnde omnes illius imperfectiones ſcaturiebant. *Pſal. 76.*

Ad idem meditationis ſtudium hortatur nos Propheta Aggæus dicens, ***Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras, comediſtis & non eſtis ſaturati.*** cuius rei rationem afferens Sanctus Gregorius in lib. mor. ***Quia aliud comedit***, inquit, ***aliud mandit***: mandit zelum iuſtitiæ, & comedit tamen atrocitatem vindictæ, *Cap. 1.*

atque

gandi, & regulam diſpenſandi, ne per ignorantiam aut iniuriã aliquã in peccatum incurras à quo liberari deſiderabat qui precabatur, *Ab occultis meis munda me Domine.*

Approbant aũt hoc conſiliũ ſiue remediũ vnà cum D. Bonau. omnes S. Patres & Eccleſiæ Doctores, qui quidem præſentem materiã aggreſsi ſunt, vt fuſius liquet ex Formula viuendi ſuperius allegata, in qua legũtur ad literã iſta verba: *Eſt igitur cõſilium omnium Sanct. Patrum, qui hac de re ſcripſerunt, quod homo bonæ volũtatis eligere debet ſibi virum piũ, & in ſacra pagina benè doctum, cui omne cor ſuũ reuelet; à cuius conſiliis non diſcedat, niſi ipſo licentiante, aut certè Spiritus S. reuelante.* Imo etiam aperiẽdæ ſunt Confeſſario, ſententiâ Dorothei & aliorũ Ss. deuotiones, pœnitentiæ & qualeſcunque conſolationes ſpirituales, qa ſub his quoque Diabolicæ aliquando deceptionis laquei abſconduntur.

V. SS. Patres ibid.

Caſſian. coll. 2. c. 10.

Et quia diſcutere conſcientiam, & cor ſuum Confeſſario reuelare

ſcrupuloſis nonnullã moleſtiam ac periculum creare ſolet, requiritur etiam in Confeſſario oportuna diſcretio; vnde ſcrupuloſus hâc quoque parte ſe illi credere & reſignare debet, quia pacẽ & quietem animi, q̃ exemerãt ſcrupuli, ſpiritualis Patris ſalutari admonitione recuperat. Verum eſt interim, quemadmodum Richardus in explanatione Canticorum notat, decere pœnitentem ad Confeſsionem accedere, non curioſitatis ſtudio, ſiue vt Confeſſariũ ad deſideriũ ſuũ inclinet; ſed pura ac rectâ intẽtione diſcendi ab eo quod diuinę Maieſtati grati⁹ accidat, ſibique vtilius, tametſi appetitui ſenſitiuo contrarium foret, nec niſi difficillimè executioni mandaretur.

Fr. Arias. Tract. de mortif. p. 3. c. 12. Rich. c. 39. in Cantic.

Quod tertii remedii locum obtinet, recurre ad Angelum cuſtodẽ ac precare, vt mẽtẽ tuã illuminet; quia ꝓcul omni dubitatione promptum experieris, dicetq; tibi tanquam alteri Danieli, *Ego veni vt decerem te.* Vnde Propeta Dauid, quòd deprehenderit radicem peccati ſui, & pri-

Tertium remediũ.

priſtinam vitam in melius commutarit, Angelo Cuſtodi acceptum refert; *Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelſi.*

Per dexteram autem Dei notari Angelos, perſpicuè oſtendit vt ſupra memini Sanctus Gregorius in explicatione morali Beati Iob, Hic cuſtos deteget tibi ſtratagemata dæmonis, qui idcircò in tenebris ambulare dicitur, quia transfigurat ſe in Angelum lucis: niſi falsò promiſerit Propheta Pſalmo nonageſimo, *Scuto circumdabit te veritas eius, nō timebis à timore nocturno, à ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano.* V. ſup. 24 Sed ex quo capite, dices, certus ero de cōſequendâ victoria? audi quæ ſubiicit: *Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis, in manibus portabunt te, nè fortè offendas ad lapidem tuum.* Et num aliud quæſo denotant tam frequenter viſæ in terris Angelorum legiones, quam cæleſte pſidiū, quo muniti vel cōtra

Chryſ. h. 40. imperf. in Matth. vel alius Author illius lib.

infernalium portarum potentiam præualemus,id quod Ioannes Chryſoſtomus elegantiſsimâ comparatione,ita explicat: *Nam ſicut Imperatoris optimi prouiſione vrbes omnes, Caſtella ſingula manu militari aduersùs hoſtilem muniuntur aduētum &c. Ita & Deus quoniam barbara & agreſti mente rabientes dæmones ad pacis euerſionem vbiq; verſantur, ad tutelam noſtram conſtituit exercitus Angelorum*; quorum præſentia quidem retunderentur impetus atrociſsimorum hoſtium; interceſsionem verò beatæ pacis ac gratiæ abundantiam coſequeremur.

AD MAIOREM DEI, Deiparæ, & Angelorum gloriam.

MEDI-

MEDITATIO
DE BENEFICIIS *Angeli Cuſtodis.*

ORATIO PRAEPAratoria.

IMAGINABERIS conſiſtere te coram Deo, Sanctis Angelis, ac præcipuè Cuſtode tuo, qui omnes actiones tuas conſiderat, cumq; orabis, vt impetret tibi abs Deo gratiã, fructuosè conficiendi præſentem meditationem, & omnia illius diei tam corporisquàm animæ pericula euadendi.

V. P. Lud. de Ponte pulchrã meditat. De Prouid. Dei & beneficio, quo ad Angelos cuſtodes. Part. 6. med. 34.

Primum punctum.

Perpende primò. Deum aſsignaſſe tibi proprium Angelum, id eſt, ducem ac Tutorem, qui promptiſsimè tibi adſit ita in corporalibus vt ſpiritualibus neceſsitatib⁹, & vires inimicorum tuorum ſiue viſibi iũ ſiue inuiſibilium cæleſtibus armis debilitet.

Secundum.

Conſidera ſecundo, Angelum Cuſtodem præſentare Deo omnia operia tua bona, ac ſalutem tuam promouere vtique maiore diligentia, quàm tu ipſe in propriis temporalibus aut ſpiritualibus negotiis adhiberes. Singulariter etiã tibi aſsiſtere in ſumptione Venerabilis Euchariſtiæ, vt quò profundiore reuerentia ad illum omnium gratiarum fontem acceſſeris, eò copioſiora dona exhaurias.

Tertium punctum.

Tertiò. Conſidera Sancti huius Angeli Maieſtatem; & imprimis potentiam; quia gubernare & immutare ſufficit omnes creaturas corporeas, in iiſque effectus producere, quos nullę naturę vires attingerent. Secundo excellentem ſcientiam, cum nihil in Mundo hoc agatur, quin ipſe intimè perfectiſsimèq; perſpiciat. Tertiò incredibilem puritatem; nam creatus fuit in gratiâ, nec vllo vnquam actu diuinam

Maie-

Maieſtatem offendit. Et nihilominus Angelus hîc tam potens ſanctus ac ſapiens, miniſtrauit vſque ab articulo natiuitatis tuæ, & ſeruiet ad mortem vſque tibi viliſsimo peccatori, qui toties ac tam indignè non ipſum duntaxat, ſed & ipſius omniumque Angelorum Dominum exacerbaſti.

Conſidera poſtremo, Angelum, qui ad tui cuſtodiam deſtinatus eſt, de nullo alio peculiarem curam gerere, quam de te: abs te ſolo igitur reuerentiam, & grati animi ſignificationem expectat. *S. Th. 1. p. q. 113. a. 2. V. huius libelli c. 4. circ. fi.*

COLLOQVIVM AD ANgelum Cuſtodem.

SANCTISSIME Angele comes & Cuſtos meus, ex intimo corde gratias tibi ago, qui poſt Deum ac beatiſſimam ipſius Matrem, ſummo animi affectu mihi amandus es gratias inquam tibi dico, pro omnibus beneficiis in me collatis vſque ab eo momento, quo corporis & animæ meæ cuſtodiam ſuſcepiſti.

Simul etiam præteritæ vitæ veniam flagito, quia abſcondere non poſſum innumera ac pudenda ſcelera, quæ hactenus coram tuis & Dei noſtri puriſsimis oculis perpetraui; humillimè ſupplicans, vt ex Theſauro diuinæ bonitatis impetrare mihi digneris prõptitudinem ac feruorem in rebus ſpiritualibus. Sic enim illuminatus nouam auſpicabor vitam, & conuerſatione Deo grata, & tua præſentia non indigna perſeuerabo. Amen.

EXPEDITO COLLOQVIO recitabis ſequentem hymnum, cum annexis orationibus.

HYMNVS.

ANGELVS nobis datus eſt patronus
Dux vitæ noſtræ, medius ſalutis
Tutor, & recti monitor, magiſter ſemper, & æqui.
Noſter eſt cuſtos, ſocius miniſter,
Præſes, adiutor, columẽq; tutum,
Et decus magnum, volucer parẽtis Nuntius alti.

Erigit

Erigit lapſos, releuat dolentes,
Sanat ægrotos, recreat iacentes,
Dirigit cæcos, timidaſq; firmat
robore mentes.
Corripit lapſus hominum benignè,
Eripit magnis animos periclis
Hoſtis immitis validè ſagittas,
telaq; frangens.
Gloriam Patri tribuamus omnes,
Filii nomen celebrent, & hymni
Spiritus sāčti reſonent perennes
carmine laudes.

Verſ. *Angeli eorū ſemper vidēt, allel.*
Reſp. *Faciem Patris mei qui in cælis eſt, alleluia.*

OREMVS.

OMNIPOTENS *ſempiterne Deus qui me licet indignum ad imaginem tuam creaſti, & Angelum tuum ſanctū ad mei cuſtodiam deputaſti da mihi ſeruo tuo illius cuſtodia malorum omnium tàm animæ quàm corporis pericula fœliciter pertrāſire, & poſt huius vitæ curricula ad gaudia ſempiterna facias peruenire per Dominū noſtrū Ieſum*

Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus S. Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Reſp. *Amen.*

Angele Dei, qui cuſtos es mei, me tibi commiſſum pietate ſuperna hodie illumina, cuſtodi, rege, & guberna.

Pater noſter, &c. Aue Maria. &c.

FORMVLA OFFERENDI ſe Beatæ Virgini.

SANCTISSIMA Virgo Mater DEI MARIA, ego N. licet vndecunq;, qui recipiar in numerum tuorum ſeruorum, indigniſſimus, fretus tamen pietate tua mirabili, & impulſus tibi ſeruiendi deſiderio; eligo te hodie coram Angelo meo Cuſtode. & curia cæleſti vniuerſa, in meam peculiarem Dominam, Patronã, Parentem; ac firmiter propono te in poſterum ſequi, tibi famulari, atq; curare, vt ab aliis quoq; tibi ſeruitium exhibeatur.

A te ergo, Mater clementiſſima per ſacratiſſimum, quem pro me IESVS CHRISTVS filius tuus ſanguinem

guinem fudit, peto ſuppliciter, vt me in eorum, qui ſe tibi deuouerunt, numerum admittere digneris in ſeruitium perpetuum; & mihi à Deo gratiam impetres, vt in cunctis meis cogitationibus, verbis, operibus ita me habeã, vt nihil vnquã ex me neq; Dei, neq; tuis oculis diſpliceat; ſisq; memor mei in hora mortis meæ, Amen.

FORMVLA EXERCENDI actum Contritionis.

D*OMINE mi IESV CHRISTE, fili Dei viui, qui ver⁹ ipſe DEVS es, verus homo, Creator & Redẽptor me⁹, quia amo te ſuper omnia, doleo sũme. ac ex toto corde pœnitet me, quod te offenderim ſummè ſanctum, fontem omnis bonæ voluntatis, auctorem gratiæ. Statuo firmiter nũquam me amplius peccaturum, & ab omnibus peccandi occaſionibus me remoturum, ac omnia peccata ritè confeſſario detecturum, omnemq; , quam ille mihi pœnam iniunxerit, obiturum. omnia quoque mea opera, & labores, ac to-*

tam vitam tibi offero ad ſatisfaciendum pro delictis meis. A tua ergo infinita bonitate, & clementia peto ſuppliciter (quam & me ſpero per tuum pretioſum ſanguinem, & merita impetraturū) peccatorū veniam, & gratiam ad vitā rectè inſtituendā, & ad perſeuerandū in bono vſq; ad mortē.

Aduerte actum contritionis non ſolum ore, ſed etiam attento corde perficiendū eſſe. Et ſi ita fiat, ſufficere diuino fauore ad quēuis enormē peccatorem in gratiam reſtituendū. Sed quia credim⁹ aliquando nos debitè contritos eſſe, nec tamē reuera ſim⁹, operæ pretium eſt pro maiore certitudine adiūgere actui cōtritionis Sacramentū Cōfeſsionis, quo vt merita ſanguinis Chriſti nobis applicantur, ita imperfectus dolor ſiue attritio perficitur, ac mutatur in veram contritionem.

INDVLGENTIAE MILLE dierum, conceſſæ recitantibus ad ſonum horologii Salutationem Angelicam.

Quo magis antiqua erga Deiparā Vir-

Virginem, deuotio excitetur, Leo fœl. record. Papa X. & poſt eum Sanctiſs. D. N. Paulus V. confirmauit indulgentias mille dierum omnib⁹ fidelibus, qui ad ſonum horologij dixerint ſemel ſalutationem Angelicam, vt refertur latiùs in meditationibus Reuerend. Domini Dominici Florelli S. Domus Lauretanæ beneficiati, Bononiæ impreſſis.

Ad memoratum horologij ſonũ prodeſt etiã meminiſſe Angeli Cuſtodis, qui eadẽ horâ nonaliter atq; nutrix infantem in manibus portauit te. Vide quę præmiſimus c. 21.

APPARITIONES ANGELORVM COLLECTAE EX SACRA Scriptura, & Sanctorum Patrum expoſitione obiter elucidatæ.

APPARET Angelus Agar ancillæ Abrahæ, eamque increpat, quod fugam inierit. fol. 142. 160 *Gen. cap. 16.*

Gen.18. Tres Angeli apparent Abrahæ. fol.49.

Gen.21. Angelus apparet Agar, eiq; fontem oſtendit quo infantulum ſuum præ ſiti moribundum reficiat. fol. 164.

Gen.22. Angelus prohibet Abrahæ, nè filium ſuum ſacrificet.fol. 173

Gen.31. Apparet Angelus in ſomnis Iacob, eumque docet quâ arte conſequi poſſit, vt oues naſcantur maculoſæ. 165

Gen.32. Ad defenſionem Iacob integræ Angelorum legiones ſeſe exhibent. 10

Ibidem. Apparent Iacob Angeli aſcendentes & deſcendentes per ſcalam. 57. 107

Exod. 4. Apparuit Angelus Moyſi in itinere eumq; occidere voluit. 161

Exod.14. Apparet populo Iſraelitico in deſerto ſub formá nubis & ignis. 174. 175.

Exod.19. Duo Angeli apparent Loth, quorum vnus deſtinatus erat, vt hunc ab incendio liberaret, alter vt ciuitatem deſtrueret. 174

Appa-

Apparens Angelus Deum repræſentat, & tabulas tradit legiſlatori Moyſi. 7 *Exod.20.*

Angeli cooperiunt Propitiatorium, vultibus mutuò in ſe conuerſis. 149 *Exod.25. & 26.*

Apparet Angelus & euaginato gladio vindictam interminatur. 138 *Num. 22*

Apparet Angelus Ioſue, & non contentus ab eo adorari, præcipit etiam calceamenta exui. 187 *Ioſue 5.*

Reprehendit Angelus Iſraelitas, quia præcepto ſuo parere neglexerant. 142 *Iudic.2.*

Apparet Manue eiuſque vxori, & amborum ſacrificium ſuſcipit. 177 *Iudic. 13.*

Miniſterio Angelorum dirigitur coruus, vt cibum deferat Heliæ. 164. 165 *3.Reg.13*

Angelus ſubcineritio pane Eliam reficit. 164 *3.Reg.19.*

Angelorum exercitus Eliſæo apparet. 3.4 *4.Reg. 6.*

Interficit Angelus vnâ nocte in caſtris Aſſyriorum centũ octoginta quinq; virorum millia. 177 *4.Reg.19*

Adiũgit ſe Raphael itineris comitẽ iuniori *Tob.12.*

iuniori Tobiæ.fol.40.129. Eumq́ue à dæmone liberat. 159

Pſal. 97. Miniſterio Angelorum deſcēdit de cœlo manna. 165

Eſa.66. Apparent Eſaiæ Angeli ſub ſpecie exercitus inſtructi equis & quadrigis. 5

Ezech.9. Apparet Angelus Ezechieli vaſa mortis oſtentans & ſignū Thau. 173

Dan.3. Angelus transfert Prophetam Abacuc cum prandio meſſorib⁹ præparato ad Danielem. 164

Ibidem. Refrigerat Angelus tres pueros in fornace Babylonicâ, & ſex illis beneficia præſtat. 65.66

Dan. 6. Defendit Danielē à Leonibus.66

Dan.10. Apparens Danieli dicit Principē Perſiæ prolongāſſe captiuitatē populi Iſrael, eumq; fuiſſe vnū de numero ſpirituum Beatorum. 74.75

Dan. 10. Apparet Danieli. 57

Zach.3. Angeli apparentes Ieſu ſummo Sacerdoti, defendunt eum à dæmone, qui dextrā ipſius tenens, de grauiſſimis eū criminib⁹ accuſabat. 127

Ibidem. Videt Zacharias Angelus ſub figurâ ſeptem oculorum. 174

Appa-

Apparet Angelus Iudæ Machabæo ad inſtar equitis armati loricâ & caſſide aureâ, qui exercitum præcedebat. 11 *2. Mach. 11.*

Duo Angeli Iudam Machabæum medium tenentes ab inimicis defendunt. 71 *2. Mach. 10.*

Angeli ad Chriſtum accedunt, vt ei miniſtrent, non opem ferant. 29 *Matt. 4.*

Angelus Chriſtum confortat, & quidnam hæc confortatio ſibi velit. 30. 41. *Luc. 22.*

Angelus de cœlo deſcendens piſcinam commouet. 166 *Ioan. 5.*

Angelus apparens Apoſtolis, eos de carcere liberat. 100 *Act. 5.*

Idem beneficium B. Petro præſtat. 154 *Ibid. c. 12*

Vidit Ioannes Angelos, refrænare ventos. 15 *Apoc. 3.*

Apparent Angeli B. Ioanni ſub imagine ſeptem cornuum. 174 *Apoc. 5.*

Apparet alius eidē Ioanni caput præ ſe ferēs circūfuſum Iride. ibid. *Apoc. 10.*

Videt Ioannes præliū iniri inter Angelos bonos & malos. 87 *Apoc. 11.*

Apparet Angelus Ioanni geſtans *Apoc. 14.*

ſtans in manu librum Euangelij. 175

Omnes apparitiones, quæ Deo in ſacris literis aſcribũtur, factas fuiſſe miniſterio Angelorum vide fol. 6

APPARITIONES COLlecta ex hiſtorijs Eccleſiaſticis.

Appparet Angelus incredendâ pulchritudine Theophilæ Virgini, eiuſq; caſtitatem propugnat. fol. 45

Numeroſus Angelorum exercitus videtur ſupra Palatium Conſtantinopolitanum, & in fugam conijcit caſtra Gainæ tyranni. 10

Apparet Angelus inter duodecim pauperes accumbentes cum S. Gregorio. 54

Romæ cernitur Angelus ſupra molem Adriani Cæſaris, & precibus eiuſdem Papæ Gregorij mitigatus gladium in vaginam recondit. 176

Angelus prænuntiare volens ruinam

nam Angliæ ſupra altare omnibus conſpicientibus nudum enſem vibrat. ibid.

Angelus ad inſtar ducis apparet Balduino,& exercitum ipſius incolumem dirigit Ieroſolymam. 11

Exclamabant Angeli ante excidium Ieroſolymitanum, migremus hinc. 13

Apparet Archangelus Michael in monte Gargano. ibid.

Gertrudis aliquot Angelos vidit tueri templum. 14

Apparens alius ſupra altare teſtatur eum locum ſibi fuiſſe datum in cuſtodiam. 184

Conſpicit Abbas Leontius Angelũ cuſtodẽ certi cuiuſdã altaris. ibi.

Angelus deuoto cuidam Chriſtiano alapam impingit quia non vitauerat occaſionem peccati. 47.48

Apparet Angelus, & iuuenem quendam à cæde quam animo deſignauerat dehortatur 142.143

Infiniti Angeli ſole clariores viſibiliter accelerant ad defenſionem Abbatis Moyſis. 91

Appa-

Apparet Angelus B. Onuphrio, dicens, ſe vſque ab articulo natiuitatis eum peculiari cuſtodia protexiſſe. 115

Angelus mirâ luce indutus apparet infirmo, eumq; ſolatur. 117

Cur Angeli alati pingantur ſecundùm pedes, vide fol. 96

Petrus Cœleſtinus caſtigatur ab Angelo ob neſcio quas leuitates pueriles. 150

1. Reg. 18. Apparet dæmon Sauli ſub ſpecie Samuelis. 201

3. Reg. 22 Dæmon coram Deo prodiens promittit ſe decepturum Achab. 199

ELENCHVS EXEMPLOrum, aliarumq; memorabilium rerum, quæ per Angelos confecta ſunt.

Deuotio Emanuelis Portugalliæ Regis ergà Angelos. 12

Duo Angeli quaſi totidem primores ciuitatis fœminam quandam è baptiſmo ſuſcipiunt. 50.51.52

Angelus Eremitę cuidam ægrotanti

tanti vſque ad mortem ſeruit. 58
Angelus Monachi cuiuſdam aquam de longè afferētis omnes paſſus dinumerat. 59
Angelus quolibet die manè ac veſperi cum Guthlaco monacho colloquitur. 60
Angelus Laphardum Monachum ad cœmiterium deducit, & monſtrãdo illi putrefacta cadauera, cogitationem de deſerendo monaſterio eximit. 62
Videt ſanctus quidam ſenex Angelos appropinquãtes vbi monachi ſermonem miſcebant de rebus ſpiritualib. abeuntes autem, & eorum loco ſuccedentes dæmones ſi tractarent de inutilibus & impuris. 64
S. Agatha in Angelo confiſa flammam irridet. 66
S. Franciſcæ viduæ Romanæ adhæſit ad cuſtodiam Archangelus, & præter hunc alius inſuper ex quarto choro. 72
Abbas Theodoſius in arenam deſcendens contra Sathanam ab Angelo defenditur & coronatur. 88
Abbas

Abbas Moyſes, cum graui percelleretur tentatione, viſione Angelicâ corroboratus vicit. 90. 91

Angelus B. Onuphrium in ſolitudine deambulantem conſolatur, dirigit, & illuminat. 115

Repræſentat Angelus ęgroto cuidam, quo animum reſumeret, montes margaritis & auro coopertos. 117

Diuus Ioannes ex ordine Canonicorum Regul. tribus ante mortem diebus Angelos videt & iucundiſſimè ſalutat. 118

Sanctus Nicolaus Tolentinus ſex ante mortem menſibus recreatur concentu Angelico. ibidem.

Anima B. VVilhelmi Abbatis duorum Angelorum manibus in cœlum eleuatur. 121

Paulus Eremita ad Paradiſum migrat inter Angelorum choros, vidente Antonio. ibid.

S. Benedictus animam Germani Epiſcopi inter Angelos conſpicatus eſt. ibid.

S.Ful-

S. Fulgentius vidit per Angelos tolli in cœlum duos lectos in quibus totidem ſancti recumberent. 122

Beata Ioanna Vrbeuetana puellula vtroque orbata parente oſtendit Angelum in pariete delineatum dicens, hunc ſibi in matrem eſſe. 138

Angelus apparens B. Iacobo Germano, mirè à dœmonibus diuexato ſuauiſſimè eum conſolatur. 148

Angelus Iſaac filio Abrahæ de vxore proſpicit. 49. & 158. 159 Gen. 24.

Liberat Angelus S. Fęlicem è carcere. 162

Videt eximius quidam Pater inuſitatæ ſtaturæ dæmonem ab alijs diabolis rationem exigere, de malis quæ eadem die procurauerant. 197

Decipit dæmon Saulem ſpecie pietatis, dum Regi Achab vitam donat. 199

Idem

Idem diabolus Achab illudit operâ falſorum Prophetarum. 200

Decipit tandem Anachoretam quendam ſpecie pietatis, cum hic peregrinationis comitem ſe adiungeret ignotæ puellæ. 209

Duo exempla recentia de Angelo Cuſtode. fol. 117. 143

FINIS.

Digitized by Google